36-18-D-2

PHIMOSTOMVS SCRIPTVRARIORVM IOHANNIS DIETENBERGII THEOLOGIAE

profeſſoris profundiſs. ac hæreticæ prauitatis Inquiſitoris vigilantiſs. cõtra hæreticos æditus Auguſtæ Anno M.D.XXX.

BIBL. SECT. ROM. SOC. IESV

ADIECTVS EST TRACTATVS eiuſdem authoris, de Diuortio.

2. Petri. 3
¶Indocti & inſtabiles deprauant ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

Coloniæ apud Petrum Quentell.
ANNO M. D. XXXII.

IN hoc libello candide lector, illa pcipue, de quibus in nouiſſimis Imperiadibus Comitijs Auguſtæ. M. D. XXX. celebratis, anceps inter plurimos fuit ſentẽtia, & ſuis capitulis numerata, & ſcripturis canonicis (id q̃d nõ paucis impoſſibile viſum ẽ) euidẽtib⁹, catholice intellectis, probata inuenies.

I. ¶ Noua, nunc in eccleſiam repentia, nõ eſſe toleranda dogmata, etiã ſi haud poſſint expreſſa redardui ſcriptura.

II. ¶ Nequaq̃ ſolis ſcripturis nudis, q̃libet fidei veritatẽ ſtabiliẽdã

III. ¶ Omniũ quæ ſit in eccleſia credendorum regula.

IIII. ¶ Scripturę ad eccleſiã, & ecclæ ad ſcrip, mirabilẽ collationẽ.

V. ¶ Chriſtũ haud decuiſſe, ſuã proprio digito ſcribere doctrinã

VI. ¶ Libros ſcripturarum, quos apud eccleſiam conueniat appellare canonicos.

VII. ¶ Sanctoꝝ inuocationẽ licere Chriſtifidelibus.

VIII. ¶ Opera noſtra bona, eſſe proprie ſatisfactoria.

IX. ¶ Opera noſtra bona, eſſe vere meritoria.

X. ¶ Opera noſtra bona, eſſe iuſtificatoria.

XI ¶ Sacramẽtalẽ pctõꝝ cõfeſſionẽ, eẽ diuinitus inſtitutam.

XII. ¶ Diuiniſſimam Euchariſtiam, eſſe vere ſacrificium.

XIII. ¶ Liberꝝ, etiã poſt peccatũ, in homine manere arbitrium.

XIIII. ¶ Cõmunionẽ alterius (panis vƺ) ſpeciei, ſcripturis, & praxi Chriſti, nec nõ aploꝝ atq; primitiuæ eccleſiæ cõformẽ eſſe.

XV. ¶ Purgatorium, ſcripturis probatum.

XVI. ¶ De Diuortio, tractatus ſpecialis eiuſdem authoris.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC Dño, D. Iohãni à Metzenhuſen, Archiepi Treuereñ. Principi Electori, &c. Iohãnes Rudelius Francophurdianus. S.P.

QVum nup ex itinere ad Iohãnẽ Dietenbergiũ, virꝝ vitę ſanctimonia, referẽtẽ Chri doctrinã, quã & pfitet, ſtrenuiſſime ꝓ tuet, diuertiſſem, Præſul ampliſſime, detinuit is me, propter tuæ celſitudinis aduẽtũ aliquot diebus apud ſe pter ſpem lõgius. Cũ vero interea tpis varia librariæ ſuę ſuppellectilis monumẽta reuoluiſſem, reperi inter cæteros librũ quẽdã ab eo ipſo, cõtra nr̃i ſeculi nouos, ſeditioſosq; doctores inſtructũ, cui titulũ indidit, Phimoſtomũ ſcripturariorũ. Quẽ cũ vidiſſem, cõtinuo auide legere cœpi. Et quia, meo iudicio, hũc reip. chr̃ianę nõ mõ nõ mediocriter vtilẽ, verꝝ & abũde neceſſariũ ſentiebã, q̃d ſcripturarioꝝ heręſim, totũ chr̃ianiſmũ perturbãtiũ, adeõ ſolidis argumẽtis, euidẽtib. rõnib. veriſſimisq; ſcripturis cõuincat, vt

ſi ſcripturis,q̃s ore frequẽter iactitãt,ex aĩo ſe ſubijcere velint,manus
nũc dare cogant,agnoſcereq́ʒ ſuã doctrinã oĩno fuiſſe impiã,Inſtiga-
bã hominẽ,vt pro Chriana vtilitate,in æditionẽ eius cõſentiret publi
cã.Quod cũ principio,qa hũanæ gloriæ nihil cupidus ꝫ fieri grauaret
oĩno,tñ qñ multis argumẽtis ex re futurꝫ Chriana vehemẽtius inſta-
rẽ,tandẽ q̃d impetrare ſtudui,multa pcũ improbitate vix obtinui.Cũ
igit meis ſe accõmodaſſet deſiderijs,totã negotij curã meis impẽdebat
hũeris.Ego vero ſuſcepti muneris rationẽ habẽs,nolui vſqʒadeo pias
boni viri lucubratiões ſine Mecænatis patrocinio in lucẽ pdire.Circũ
ſpiciẽti ergo mihi,cui eas potiſſimũ cõſecrarẽ,R.T.Paternitas & pri
mũ adeoq́ʒ vnicè occurrit.Cui em̃ potius,etiã ſi nihil aliud,cõuenit pij
& docti viri operã reddere,q̃ ſanctiſs.illi Principi,cuius fauore,tã ipſe
q̃ oẽs alij honeſti,literatiq́ʒ viri fouent,promouent,proteguntq́ʒ. Huc
aũt ſpõte eunti,plurimũ & fiduciæ & animi addidit egregia iſta paſ-
ſim p ora mortaliũ volitãs tuarꝫ virtutũ fama,q̃ Treuerẽſibus,q̃rꝫ Ar-
chiepũs nup effectus es,facile pſuaſit,vt vno ore huic te ſublimitati di
gniſſimũ eligerẽt,poſtularẽtq́ʒ oẽs,nõ temere credẽtes ſuã eccleſiã te
ita adminiſtraturꝫ,vt hæc tpa,alioqui plus ſatis periculoſa,poſteris do
ctrinæ,cõtinẽtię,charitatis,ſanctitatiſq́ʒ facibus ſint pfulſura,q̃ pro in
genij dexteritate te adaucturꝫ nõ dubitãt,idq́ʒ vitæ tuę,quã oẽs cogni
tã,pſpectãq́ʒ habẽt,exẽplo,q̃ nulla pñt eẽ tuis iuſſa ſæueriora,efficaci-
oraq́ʒ pcepta.Atqʒ adeo lubẽtius T.C.nũcupamus,q̃d ex authore ipſo
cõpererimus,ipm amore tui hũc, proximis Auguſtanis Principũ co-
mitijs,qbus reuerẽdiſs.D.Ricardi,tuæ iã nunc prouinciæ,pſulis,piæ
memoriæ defuncti,legatũ agebas,p otiũ ſcripſiſſet.Vt aũt R.T.Pater
nitas adſequat,q̃s velit ſcripturarios paucis dabo.Hac dignat nomẽ-
clatura iſtos,q impudẽtibꝰ clamoribus oĩa cõplẽt,vociferãtes, ſcriptu
ras ſcripturas,q̃s vel parꝫ habẽt,vel prorſus nõ intelligũt,vel pro ſuis
affectibus in innũeras formas in ſuã ipſorꝫ,multorũq́ʒ aliorꝫ pditionẽ
detorquẽt.Sũt em̃ hodie heu ſunt plures hæretici,q fere ſinguli ſingu-
las ſcripturæ ſenſus ſomniãt,inter ſe plurimũ diſſidẽtes doctrinis,in ec
cleſię vero deſolationẽ adeo vnanimes,vt vix credas Pilatũ cũ Herode
alioqui anĩs lõge diuerſiſs.in occidẽdo Chro fuiſſe cõiunctiores. Vi-
dent ſane iſti æmuli eẽ hæreticorꝫ Hebræorꝫ(nã & hi ſua habẽt ſchiſ-
mata)q nihil niſi nuda ſcripturæ verba admittere ſtatuerũt. Cuius fa-
ctiõis bona pars eſt in Ruſſia,& Cõſtãtinopoli.Author vero iſtius ſe-
ctæ iuſtitiariꝫ quondã fuiſſe dicit Zodack,vnde & Zodakin dicti,q̃rꝫ
frequẽs fit ſub noĩe Sadducæorꝫ in euãgelio mẽtio, negantiũ reſurre-
ctionẽ mortuorꝫ,q̃d in veteris teſt.ſcripturis nõ vſquã apte inueniret
mortuos olim reſurrecturos,peſtilẽtiſſimũ hæreſeos genus.Nã q̃d euo

munt credendū aut nō credendū, nihil ſtatuendū, prohibēdūve, nihil
acceptādū, refutādūve, niſi exp̄ſſis ſcripturæ verbis legat, ſub pio p̄te-
xtu, eccleſiaſtica decreta ſpernūt, Cōcilia ḡnalia eleuāt, abījciēdos do-
cēt ritus eccleſiaſticos, ap̄licas traditiōes, atq; adeo ipſas inſup ſcriptu
ras pro ſua libidine quas placet ex canone deturbāt. Hoc virus catholi
cæ fidei, religioni pariter atq; ſcripturæ p̄ſentiſſimū, apud rudē, nulli-
uſq; iudicij plebeculā, parit exitiū. Quare huic malo author mederi cu
piēs, ſimul ac ſanctā eccleſiā: q̄ (iuxta Pauli doctrinā) baſis & fundamē
tū eſt veritatis, nr̄æq; fidei infallibilis regula, à tātæ peſtis ſæuitia vindi
care ſatagēs, nondūq; illoꝝ p̄ſtigijs falſos p̄ſeruare, hūc librū ædidit ſa
lutarē. Quē ego T. C. dedico & nūcupo, magis ſyncera p̄fulgentē ve-
ritate, q̄ fucatis verboꝝ lenocinijs, atq; cū meip̄m, tū authorē ſimul cū
opere ſuo tuæ Gratiæ cōmēdo. Quā deus Opt. Max. nobis in reip. ſa-
lutē diu ſanū ac incolumem cōſeruare dignet. Bene vale Reuerendiſſi-
me Præſul, Mogūtiæ pridie Calend. Martias. Anno. M. D. XXXII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC dño gratioſiſſimo, D. Iohanni à Metzenhuſen Treueroꝝ Archiepiſcopo Principi Electori &c. ſuo clementiſſimo dño, Doctor Iohānes Dietenbergius grām optat & ſalutē.

SI fideles patresfamilias, ſemper quidem, et iā ſeruatoris noſtri vocæ, ce
lebres, vel in hac vnico, q̄ ſuorum maxime domeſticorū, curā geſſerint,
habiti ſunt, nec tn̄ vnq̄ ſatis laudari fuerunt, R. P. ac princeps illuſtriſs.
tanto magis T. C. omnib. poſt hac fidelib. p̄petuo celebrior erit, q̄to re-
ligioſiſſimus animus tuus, nedum ſuoꝝ domeſticorum, verum & totius
reip. Chriſtiane, tantam curam, tantam gerit ſolicitudinē, vt illi, ſiue in
catholicis roborandis dogmatibus, ſiue in reprimendis audacibus ſciſ-
maticorum conſultationibus, nec minimum deeſſe patiatur. Hinc dum iam olim in Auguſta
nis 1530 anno celebratis principum comicijs, præſente glorioſiſs. iuxtaque chriſtianiſs. Ce-
ſare Carolo quinto, a peſtilentiſsimis ſcripturarijs, Lutheranis videlicet, ac reliquis diuina
rum ſcripturarum non tam allegatoribus quam corruptoribus, prophanis ſacra miſcentib.
haud qualiacunque, ſed illa cum primis, in quibus tota rei chriſtianæ ſumma pendet, nedum
in dubium vocarentur, quin potius a religione prorſus deturbari, auſu nimis temerario, p̄-
ſumerentur, incredibile quantis religioſiſsimum pectus tuum vrgeretur timoribus, ne aut
fidei, aut eccleſiæ res, quæ nec parum nutare videbantur, vel perfidorum improbis auſibus,
vel peritorum ignauia periclitarentur. At cum a me T. C. crebrius tū audierit, eccleſiaſticis
dogmatibus, nec rationem, neque ſcripturarum diuinarum deeſſe autoritatem, volui tan-
dem hac lucubratiuncula T. amplitudini nuncupata, quam paucis admodum diebus, ſuffura
tis horis aliquot, feſtinus elaboraui, re ipſa preſtare, quod nudis olim toties promiſeram
verbis. Porro quæ ſcripturarijs, qui ſcripturis omnia ſe agere gloriantur, quum nihil mi-
nus faciant, impoſſibilia videbantur probari ſcripturis ſacris, oſtendo, non alijs, quam ſcri
pturarum ſanctarum teſtimonijs, ſimul & pernitioſiſſimum errorem illorum, quo nihil in
eccleſia catholica niſi claris legatur ſcripturis, acceptandum impie dogmatizant, arguo, cō
futo, prorſuſq; euerto, ad ſolius dei omnipotentis domini noſtri Ieſu Chriſti gloriā, & T.
C. conſolationem, quam Chriſtus deus opt. max. noſtræ rei publice fœliciter gubernandæ
quam diutiſſime ſeruet incolumem, mei ſui clientuli memorem.

Confluentiæ 1532

AN NOVA QVORVNDAM DOGMATA SIue receptę fidei, ſiue eccleſiæ pugnãtia ideo fidelibus tol eranda ſint, quia ſcripturis expreſſis redargui nõ poſſint. Cap.I.

NE terminorum inſcitia (qua pleriq; etiam ſapiẽtes nõnunq̃ paralogizant) hallucinari quenq̃ cõtingat, duobus pręſens axioma, opitulãte deo maximo optimo abſoluturi ſumus. Primo, quęnam dogmata ſint illa noua. Dein an apud fideles quęuis catholica veritas ſolis ſcripturis ſtabilienda ſit.

¶Noua dogmata quæ ſint dicenda. 2.Timo.4

NOua dogmata fidei vel eccleſiæ pugnãtia (poſt magiſtrũ
illum gẽtiũ diuũ Apl'm) dicimus. Oẽs aduentitias, mẽda
cesq; dæmonioꝝ eorũdemq; ſatellitũ doctrinas, quę cum
ab olim, tum nouiſſimis his noſtris tpibus, à ſpiritibus erroris Lucæ.ij
(ſub verbi velamento in lucis angelos ſeſe transfigurantibus) ad Titum.j
Chriſtifideles ſub hypocriſi decipiẽdos. Per hæreticos & ſchiſ- Cant.4
maticos, tanquã cõueniẽtia, ad hæc, organa eccleſiæ, viuẽtis dei Hebræ.j3
ſponſę vnice, irrepſerũt, quas idem Apl'us ad Hebræos ſcribẽs, Roma.8
doctrinas appellãs, varias, ꝑegrinasq; ſolicite ꝓmonet cauẽdas, Coloſſ.j
nimiꝝ ꝙ & ab vnitate eccl'ię, extra quã ſal'nõ ẽ & à veritate atq; Ioſue.6
ſynceritate fidei catholicę, ſine q̃ deo nemo placere ꝑt, fideles in Heb.jj
cautos abducãt. Doctrinis, inq̃t, varijs & ꝑegrinis nolite abduci. j.Cor.3
Cũ etẽm tã fides q̃ eccl'ia ſumme necnõ infallibili nitant & verita Ephe.2
ti & vnitati, nõ ꝑt eẽ ſiue fidei ſiue eccl'iæ doctrina, q̃ vel ab vnita- j.Cor.j2
te, hoc ẽ, cõi recepto ſenſu & cõſenſu vl'is eccl'iæ variat, illiq; mi j.Timo.4
nimè accedit, vel à veritate orthodoxæ fidei peregrinat, hoc ẽ, q̃ Iohan.j4
vel erroribus ꝑmixta, aut nugis cõſperſa, aut certe falſitati alicui j.Cor.2
obnoxia ẽ. Nã eccl'iæ paradoxa (ſi diuo poſt Chr'm credim' Pau j.Timo.3
lo) ſancti ſpũs & infallibilis veritatis ſunt doctrina, q̃ nihil variũ,
technis obuolutũ nihil nil deniq; falſitatis hr'e ꝑt admixtũ. Proin
Oẽia ſola illaq; noua, tam fidei q̃ eccl'iæ pugnãtia dogmata cẽ
ſebunt, q̃ vel ab vnione variãt eccl'iæ, vel à fidei peregrinant veri
tate, nimiꝝ quæcũq; aut cũ euãgelicis l'ris, vl' eccl'iaſticis dogma
tib', ſeu traditõib' apl'icis, ſiue etiãnũ receptis ꝑ eccl'iam cõſuetu
dinibus haud cõueniũt, hæc nãq; ex diametro catholicæ pugnãt 2.Timo.4
veritati, quãobrẽ Apl's illa, ſane & ei q̃ ſcd'm pietatẽ eſt doctrinæ j.Timo.4
teſtat aduerſari, hmõi ſunt oĩa ꝓpria, tã hęreticoꝝ q̃ ſchiſmati- 2.Petr.3
coꝝ, ex adulterato dei verbo, cõgeſta dogmata, ab apl'is Chri ſi

mul cũ ſuis authoribus in vniuerſum dãnata. Si qs (vt ait Paulus)
Gala.1 vobis euangelizauerit pręter id q̃d euangelizauimus, anathema
2.Pet.2 ſit. Et Petrus: Erũt in vobis mgři mẽdaces, q introducẽt ſectas
pditiõis, & multi ſequenť eoꝝ luxurias, &c. ſupinducẽtes ſibi ce
lerem pditionẽ, nimiꝝ, quoꝝ iudiciũ iam olim nõ ceſſat, & pdi-
ditio eoꝝ nõ dormitat, qbus tenebraꝝ procella (btõ Iuda teſte)
Auguſti.con. ſeruata eſt in ęternũ. His beatus ſubſcribit Auguſtinus: Noua do
petil.ca.4 gmata tũ fidei tũ eccleſiæ pugnãtia diffiniẽs, cũ primis q̃ diuinis
ſcripturis aperte diſſentiũt. Dein, q̃ & ſi ſcripturis cõſentiãt, vni
tati tñ eccleſiæ nõ cõicant, vt ſunt quæ ab orthodoxis p̃ribus, à
cõciliꝭs generalibus, ſed & ab Ap̃licis traditõibus, deniq; etiã ab
Eccleſiaſticis cõmunibus cõſuetudinibus diſſentiũt, qualia ſunt
Martini Lutheri, Butzeri, Zvvingliꝭ, Oecolampadiꝭ, ſimiliumq́;
1.Theſſ.6 mente corruptoꝝ abnegantiũ eam quæ ſcd̃m pietatẽ eſt ſanam
doctrinam. At quod reliquũ eſt, iam diſpiciamus.

¶ An quælibet fidei veritas, expreſſis ſcripturis ſtabiliri
debeat.

QVoniã infallibilis cuiuslibet in eccleſia credendæ veritatis
Iohan.14 firmitas, ac certitudo, ac infallibili ſpiritu ſancto (q ad hęc
in eccleſia ppetuo manet vt eã de veritate ſemp reddat
certiorẽ) deriuať, cum primis diſputãdum. An p ſolas ſcripturas
eam erudiat necne. Quis aũt nos de hoc ipõ, niſi ſcriptura certio-
Ozee.6. &.12 res faciet? Has ergo ante om̃ia ſcrutemur. Sic aũt habẽt: Dolaui
in prophetis & occidi eos in verbis oris mei, locutus ſum ſuper
Lucæ.1 Prophetas &c. Dñs deus Iſrael locutus eſt p os ſanctoꝝ, q à ſecu
2.Petr.1 lo ſunt Prophetaꝝ eius. Hoĩes dei locuti ſunt, inſpirati ſpũ ſan-
1.Coꝛ.12 cto, qui poſuit in eccleſia, quoſdã quidẽ Ap̃los, quoſdã aũt Pro-
Ephe.4 phetas, alios vero Euãgeliſtas, alios aũt paſtores, & doctores, ad
cõſummationẽ ſanctoꝝ in opus miniſteriꝭ, in ædificationẽ cor-
poris Chr̃i, hoc eſt, vt hũc cæteris miniſtrẽt ſpm̃, & eccleſiam in
verbo ſpũs, q in illis loquiť, ædificẽt, vt iam nõ ſumus paruuli, &
fluctuãtes, & circũferamur om̃i vẽto doctrinæ in nequitia hoĩm
Heb.1 in aſtutia ad circũuentionẽ erroꝝ. Ob hoc em̃ & p̃ribus ab olim
multipharie, multiſq́; modis loquẽs in Prophetis, nouiſſime di-
ebus iſtis, locutus eſt nobis in filio, qui tandẽ ad patrẽ vadẽs, ſu-
os in vniuerſum mundũ Ap̃los miſit, in qbus haud dubiũ facer il
Matth.10 le ſpũs, eccleſiæ ſuæ locutus ẽ, Chriſto dicẽte: Non vos eſtis q lo
Matth.18 quimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquiť in vobis. Item: Vbi
duo vel tres cõgregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eo

rum

rum. Et Paulus: State, inquit, & tenete traditões, quas didiciſtis, ſiue per ſermonẽ, ſiue ꝑ epiſtolam noſtram. Qui hæc ſpernit nõ hominem ſpernit, ſed deum qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis, generalibus patrum rite coactis concilijs nunquã abſentem, à cuius etiamnum inſpiratione prodit, quicquid ab vniuerſali eccleſia receptum ſeruatur. Alioquin Paulus non dice ret: Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus. Sed neque Eccleſia dei. Hæc quiſquis in vnum recte coegerit, videbit perſpicue ſanctũ ſpiritum, nõ per ſolas nudas ſcripturas, quin etiam per Chriſtum, Prophetas, Apoſtolos, p̃res orthodoxos, eccleſiæ paſtores & doctores, vniuerſales ſynodos, Apoſtolicas traditiones, necnon generales eccleſiæ conſuetudines, eccleſiam ſuam docuiſſe ſemper, amodoq́ꝫ docere vſqꝫ in æternum. In his eñ omnibus, vnus & idem ſpũs ſanctus certiſſime loquitur, qui om̃ibus iſtis ad eundem ad quem & ſcripturis ſinẽ vtit, vteturqꝫ ſemp. Nimirũ, ad noſtram doctrinam, ad eoꝶ quæ ad fidei neceſſitatẽ pertinẽt plenam eruditionẽ ad erroꝶ non tam cautelam quàm exploſionẽ, ad obſcurorum deniqꝫ elucidationẽ, & ad dubioꝶ ſecuram enodationẽ ac infallibilem inſtructiouẽ, propter q̃d haud impar omnibus iſtis maieſtas, ſed æqua prorſus cũ in aſſentiẽdo, tum in credẽdo debet authoritas, id q̃d glorioſiſſim⁹ martyr Cyprianus teſtat, dicẽs: Ipſe ſummus ſacerdos ſui ẽ ſacramẽti inſtitutor & author, in cæteris hoĩes ſpm̃ ſanctũ habuere doctorẽ, & ſicut par eſt ſpiritui ſctõ & Chriſto diuinitas, ita in ſuis inſtitutis æqua ẽ authoritas & ptãs. Nec minus ratũ eſt q̃d dictante ſpũ ſctõ Ap̃li tradiderũt, q̃ quod ipſe tradidit, & in ſui cõmemorationẽ fieri ꝑcepit, manet ſingulis propria dignitas, & vniformis in ſuo genere ſtat actio omnium; nihil addi, nihil ſubtrahi, nihil poteſt corrigi vel mutari. Hæc Cyprianus. Et inter vetuſtiores ſic Origenes ſubſcribit: Cum multi ſint, qui ſe putant ſentire quæ Chriſti ſunt, & nõnulli eorum diuerſa à prioribus ſentiant, ſeruetur vero Eccleſiaſtica prædicatio, per ſucceſſionis ordinem ab Apoſtolis tradita, & vſque ad præſens in Eccleſijs permanens. Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo ab Eccleſiaſtica diſcordat traditione. Hæc ille. Et Vulgarius: Perſpicuũ eſt, inquit, pleraq́ꝫ Paulum ſine ſcriptis, ſermone dumtaxat, hoc eſt, viua voce, non epiſtolis ſolum his tradidiſſe. Nõ enim ſecus illa atqꝫ hęc fidedigna ſunt. Itaqꝫ & eccleſię traditionẽ dignã exiſtimemus cui ꝑſtãda ſit fides, vt ſi q̃d

[Margin notes: 2. Theſſa. 2 — 1. Theſſa. 4 — Acto. 15 — 1. Cor. 11. — Iohan. 14 — Cyprianus in ſermo. de ablu. pe. — Origenes in pri. li. peri. — Vulgarius in ep̃ſam ſcdam Theſſa. 2]

ab ea ſit traditum, nihil vltra perquiramus. Hæc Vulgarius. Præ
Hieronymus dictus quoqꝫ beatus Hieronymus in ſuo orthodoxo cõcordans
Ecci, jo in Eccleſiaſten ſup illo verbo: Qui diſſipat ſepẽ, mordebit eũ co
luber, ſic habet ſepis maceriæ'qꝫ euulſio ecclĩaſtica ſunt dogmata,
& inſtitutio ab Aplĩs Prophetiſ'qꝫ fundata, quæ q diſſoluerit, &
ꝓterire voluerit in eoipſo quo negligit à ſerpẽte. i. diabolo ꝑcutiť
Auguſtinus Btũs itẽ Augu. ex dictis Baſilij ſic, venerãdo canoniſta. 11. diſt. c.
ecclĩaſticaꝝ recitãte, Ecclĩaſticaꝝ, inqt, inſtitutionũ quaſdã in
ſcriptis, q̃ſdã vero aplĩca traditiõe ꝑ ſucceſſores in miniſterio cõ
firmatas accepimus, q̃ſdã vero cõſuetudine roboratas approba
uit vſus, qbus par ritus & idẽ vtriſqꝫ pietatis debeť affectus, vnde
vel qs aliquãtulum ſacraꝝ expertus ſcripturaꝝ heſitauerit. Si eñ
attẽderimus cõſuetudines ecclĩæ nõ per ſcripturas à pr̃ibus tra-
ditas, nihil æſtimare, quãtum religio detrimẽti ſit latura, intẽtiue
inſpiciẽtibus liquido cõſtabit. Hęc ille: Pro catholicis itaqꝫ firmã
dis veritatibus, erroribuſ'qꝫ confutãdis, nec ſolas neqꝫ nudas ſcri-
pturas, q netiã orthodoxoꝝ pr̃m recepta documẽta, vniuerſaliũ
ſynodoꝝ decreta, Aplĩoꝝ traditões, ſed & probatas generales ec
cleſiæ cõſuetudines Chr̃ifidelibus, liberũ erit producere, ꝓpter
Iulius. jj. diſti. c. nolite. qđ diuus papa Iulius ait: Nolite errare frẽs mei chariſſimi, doctri
nis varijs & extraneis. Nolite abduci, & inſtituta Aplĩoꝝ, & Aplĩ
coꝝ viroꝝ canões'qꝫ habetis, his fruimini, vt freti eis cõtra cũcta
inimicoꝝ iacula ꝑſiſtere valeatis. Hæc ſunt eñ ecclĩæ ꝓpugnacu
Canti. 4 la, de qbus in Cãticis ſcribiť: Sicut turris Dauid (muniens. ſ. ad ſe
cõfugiẽtes) collũ tuũ. Hæc eſt doctrina ecclĩæ ſana, ꝑ quã Chr̃o,
ſicut corpus ꝑ collũ capiti iungiť, quę ædificata eſt cũ ꝓpugnacu
lis, incõfringibilibus canonicæ ſcripturæ ſentẽtijs, mille pendẽt
ex ea clypei, dogmatũ videlicet catholicoꝝ pr̃m, ſanctaꝝ tradi-
tionum & cõſuetudinũ. Hæc oĩs armatura fortiũ. i. ꝑfecta & vali
diſſima ecclĩæ inſtructio, tum ad fidei ſtabiliẽdas veritates, tum
ad deſtruẽdas oẽs aduerſarioꝝ doloſas machinatões ac friuolas
impugnatões ſufficiẽs. Quicqd ergo vel orthodoxoꝝ pr̃m con
ſona interp̃tatiõe, ſeu legitimoꝝ vniuerſaliũ cõcilioꝝ diffinitõe
vel aplĩcaꝝ traditionũ decretis, aut recepto publicæ conſuetudi
nis cõſenſu Chr̃ianitatis ſemel introductæ, ſtatuiť in eccleſia cre
dendũ vel diſcredendũ, acceptãdũ vel reſpuẽdũ, haud minori fi-
de, vel recipiẽdũ vel reijciendum tradit, affirmat, & p̃dicat eccle-
ſia, quam ſi claris euidentibuſ'qꝫ ſcripturis aut produceretur, aut
reprobaretur.

¶Quod

¶Quod enim præcipuam ſcripturis fidem damus, ideo eſt quod ſuæ certitudinis firmitatem ex ſpiritu ſancto, qui veritatis eſt ſpiritus, ſolidā in ſeipſis habent, propter quod de illis recte intellectis, nullatenus addubitare licet, quin cūcta alia ad illarum (modo non deſint) iudicium reuocanda ſunt, earumque fulcienda autoritate. At cum idem ſit ſpiritus, qui cū in patribus tum in ſcripturis, alijſque iamiam numeratis, eccleſiæ loquitur, quemadmodū & poſt ſcripturas, ſanctorum plurimi ingenue teſtantur, cur iſta, non parili quoque cum ſcripturis credulitate acceptaremus, cur non pari maieſtate veneraremur, cur denique diſpari reciperentur autoritate, ſiue ad ſtabiliendam catholicam aliquā veritatē, ſiue ad reprobandam quamlibet contra fidem aut eccleſiam falſitatem? Niſi forſan ſpūs ſanctus, qui vera in ſcripturis loquitur, in patribus ac reliquis a ſeipſo diffideat, contrauerſaque doceat. Aut literarum formulis adeo credatur affixus, vt nobis haud ſecus quam ſcripturarum apiculis loqui poſſit. Sed a fidelium cordibus hæc impia, ſcripturis ipſis pugnans, ſtultaque cogitatio, procul abſit. Non enim ſolis nudiſque ſcripturis, ſpiritus ille ſacer vtitur, quatinus eccleſiam in omnem inducat veritatem, niſi fruſtra poſuerit i eccleſia quoſdam quidem apoſtolos quoſdam vero euangeliſtas, alios aūt prophetas & doctores, &c. aut in lege, non ſcripturam ſed ſacerdotes fruſtra dederit iudices, ad legis ambiguitates diffiniendas, aut invanum legem ex ore ſacerdotis requirendam demandarit, aut certe Chriſtū apoſtolis ſine cauſa dixiſſe credamus: Qui vos audit me audit. Vel Paulum in lege alioqui doctiſſimū a Chriſto tacitis ſcripturis ad Ananiam gratis miſſum, aut ipm apoſtolum, ſeniorum traditiones etiam per ſermonem factas, inutiliter ſeruandas docuiſſe putemus. Non ergo per ſolas ſcripturas, quinetiā per patres, per traditiones, perque alia iam memorata ſpiritus ſanctus ſuā erudit eccleſiā. Itaque ſicut indubitata fide ſuſcipitur, quod expſſis ſcripturis traditur aut probatur, ſic indubitata fide acceptandum arbitramur, quod aut concordi patrum interptatione, aut generalium ſynodorum diffinitione, vel apoſtolica traditione, vel certe eccleſiaſtica recepta communi conſuetudie, de

Ioānis.14.

Dionyſius
Cyprianus
Origenes
Damſcen°
Auguſtin°

Deut.17.

Mala.2.
Lucæ.10.

Act.9.
2.Teſ.2.

decernitur, ſtatuitur, approbatur, atque prædicatur. Et ſicut abſq; omni trepidatione vel hęſitatione iudicatur erroneum quicqd contra ſcripturas claras, recte intellectas producitur. Ita procul omni dubio a veritate oportet alienum ſit, quicqd contra concordē receptam patrum interpretationem, aut vniuerſalium conciliorum determinationem vel apoſtolicarum traditionum ſancionem, ſeu contra generales eccleſiæ probatas conſuetudines rituſque aſſumitur, allegatur, & ſeruatur. Quiſquis enim orthodoxos patres, quiſquis apoſtolicas traditiones, quiſquis publicos eccleſiæ ritus, aut ſeruatas diu religioſas conſuetudines, in quibus ſacer ille ſpiritus, olim eccle-
Ioan.14 ſiæ a Chriſto promiſſus adhæc, & datus, loquitur, reſpuit, neq;
Actuū.2. vocem ſpiritus in eis loquētis recipit, is prorſus indicat ſe ſpiritus illius qui in ſcripturis loquitur, expertem, & non hominum tantū, vt Paulus habet, quin potius illius ipſius qui in his loquitur ſpiritus, vere ſe contemptorem eſſe.

¶Quamobrem, haud recte nobis ſcripturarij ſolas nudaſque ſcripturas, quaſi vnica fidei noſtræ præſidia, roboramentaque præſcribunt, & obtrudunt, tanquam his ſolis noſtra ſint ſtabilienda, tum quod varium ad ſenſum, ipſis etiamnum repugnantem, ſępiuſcule trahuntur, tū quod quorumlibet perfidorum prauitate, qui illā pro ſuis verſatiliſſimis ingenijs, velut cereum, quod dicitur naſum, in quamlibet velint partem torqueant, ſuiſque conquadrent hæreſibus, facile inuertuntur ac deprauantur, tum quod ſcriptura, ſuper ambiguitatibus ſiue ſcripturarum ſiue reliquarum fidei veritatum, ſufficiens iudex eſſe non poteſt. Sicut nec apud ſynagogam lex ſcripta, vnde conſequitur quod ſolis ſcripturis, quæuis in fide veritas, ad literam ſubindicari non poſſit, ſicut nec quælibet controuerſia diſſolui, tum quod nonnullæ ſunt hæreſes quæ ſcripturas aut non
Tertul. in lib. de præſcrip. hæ. Tit.4. recipiunt, Et ſi quas recipiant, non recipiunt integras, & ſi aliquatenus integras, non tamē abſque adulteratione, ad ſui inſtituti diſputationem, vel aſſertionem inuertunt, propter quod & Tertullianus eos a diſputandis ſcripturis arcet, & ad ſcripturas poſt apoſtolum Paulum nullatenus prouocandum docet, nec in

nec in his conſtituendum certamen, quibus aut nulla aut incerta victoria eſt, aut parum certa. Tum denique quod ſcripturæ litera, ſi diuo noſtro Paulo credimus, occidat magis quam viuificet, id quod plurimorum caſus demonſtrat, qui in ſcripturarum interpretatione ſuis confiſi ingenijs, turpiter a fide aberrarűt, Hoc ſuis peſtilentiſſimis hæreſibus quibus ingentē tum animarum tum corporum fecerunt ſtragem, abunde probāt, Arrius Macedonius Eutices, Neſtorius, Iouinianus, Heluidius Donatus, Pelagius, Manichæus, VuycKleffus, Huſſius, Zvuynglius, Oecolampadius, & iam nouiſſimus ter damnatus, ſepticeps hæreſiarcha Martinus Lutherus, vt harű genimina viperarum reliqua, æternis ignibus reſeruata, tranſeam. 1.Cor.3.

¶De nudis igitur ſcripturis fruſtra gloriantur ſcripturarij, ſolis illis vniuerſa eccleſiæ dogmata putantes ſtabilienda, cum adeo non ſufficiant ad quorumlibet credendorum vel propoſitionem vel ſtabilitionem vt etiamnum multis ſint occaſio errorum. Sed alia (nimirum quæ protulimus nobis fidelibus ſupper ſunt autoramenta, quibus & ad catholicas veritates firmandas & ad errores, necnon publicos eccleſiæ hoſtes propellendos vtimur. Satis nobis erit aut pro roboranda fidei veritate, aut expungenda quauis hæreſi, vel quempiam autoritate eccleſiæ approbatum interpretem, aut cum Paulo generalem aliquam patrum ſynodum, vel traditionem apoſtolicā, vel certe publicam eccleſiæ receptamque producere conſuetudinem. Talibus namque ſpiculis (ſicubi ſcripturæ defuerint) confodiendi ſunt omnes nouorum dogmatum vaniſſimi concinnatores, hæretici quique, necnon ſchiſmatici vniuerſi. Vnde manifeſtarium arbitror, noua dogmata ſcripturariorum, fidei eccleſiæ repugnantia, nullatenus ideo toleranda fidelibus, quod redargui non poſſint ſola euidenti claraque ſcriptura, quin potius ſupra dictis etiamnum armaturis, quibus apud eccleſiam non minor quam ipſis ſcripturis & veritas adeſt & autoritas, fortiter expugnanda & explodenda, Porro

quibus a veritate ſeducti perfidi captiunculis teneantur, operæpcium duximus annectere, ſi forſan earꝫ diſſolutione conſpecta, faciliorem reſipiſcendi occaſionem nanciſcantur. Eſt autem hæc prima.

¶Prima captiuncula.

CHriſtus doctor & magiſter noſter, in rebus fidei ad ſolas nos ſcripturas remiſiſſe legitur cum diceret: Scrutamini
Ioannis.5. ſcripturas, ipſæ ſunt enim quæ de me teſtimonium perhibent. Non alijs ergo, ſed ſolis ſcripturis res fidei, uel probandæ, vel improbandæ ſunt.

¶Reſponſio.

PRincipio nobis inficiandum eſt, ad ſolas nos ſcripturas a Chriſto remiſſos, nec ad hoc probandum eius verbũ recte, imo vafriſſime producitur, quo certe haud docere voluit, quę vel admittenda eſſent in eccleſia vel reĳciẽda, quin potius ſuã diuinitatem, de qua ſcripturæ clariſſima dabant teſtimonia, pſtidis textualibus Iudęis facere clariorem, ideoqꝫ ſatis probe illos in hac cauſa ad ſcripturas remiſit. Vnde ſuper eodẽ verbo ſic
Chryſoſt. habet os illud aureũ diuus Iohãnes Chryſoſtomus: Dicit: Scrutamini ſcripturas, oſtendens quod per has teſtatus eſt deus de eo. Etenim in Iordane teſtatus eſt & in monte. Sed vocem q̃dem in monte factam non audierunt, factam aũt in Iordane audierunt, ſed non attenderunt, propterea mittit eos ad ſcripturas, oſtendens quoniam & patris teſtimoniũ illic eſt. Non autem ad ſimplicem lectionem ſcripturarꝫ, ſed ad ſcrutationẽ exquiſitam eos mittebat, quia ea quæ de eo dicebãtur in ſcriptu-
Origenes in Epiſtola ad Romanos, libro .7. ſup illo verbo O homo. ris, deſuper obumbrabãtur, neqꝫ in ſupficie exprimebãtur, ſed velut quidam theſaurus recondebantur. Non his (Origene teſte) qui in alĳs negotĳs occupati tranſitorie, vel audiunt vel legunt, ſed his qui recto & ſimplici corde, iugi labore, continuiſqꝫ vigilĳs altius diuinas ſcripturas ſcrutãtur, aperiendus. Et
Alcuinus. Alicuinus. Dixerat ſe habere teſtimoniũ a Iohanne, ab opibus, a patre, addit & teſtimonium a lege, q̃ data eſt per Moiſen, dicens: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vitam æternã habere, & illę ſunt q̃ teſtimoniũ phibent de me, quaſi d. Vos q in

ſcriptu-

ſcripturis putatis vitam æternam habere, & me quaſi contrarium Moiſi repudiatis, teſtimonio ipſius Moiſi me eſſe deum intelligere poteſtis, ſi ipſas ſcripturas diligenter inueſtigaueritis. Omnis enim ſcriptura teſtimonium perhibet de Chriſto, ſiue per figuras, ſiue per prophetas, ſiue per angelorum miniſteria, hæc ille. Ad eum ergo finem Chriſtus conſulendas vo luit ſcrutandaſq; ſcripturas, quo Iudæos, de ſua obſtinatiſſima perfidia (qua illum credere verum deum pertinaciſſime recuſabant) declararet inexcuſabiles, quoniam ad eius rei probatio nem ſcripturæ non ſolum non deerant, quinetiam euidens de illo teſtimonium dabant.

¶Et nos quoque fatemur ingenue, noſtra cum primis roboranda ſcripturis, modo non deſint. At ſi illæ defuerint, alia nobis ſpiritus ille ſanctus, indeficiens eccleſiæ gubernator & doctor, ſuppeditat, quibus & noſtra firmemus, & incredulorum technas deſtruamus. Quapropter verbum illud Chriſti, nil roboris captiunculæ præmiſſæ affert. Si enim ſolis ſcripturis cuncta tradi ſiue probari voluiſſet, procul omni dubio fideles ad nudas alicubi remiſiſſet ſcripturas, cum eccleſiam ſuam, nec in certam necdubiam reliquerit. At eum id nuſquam feciſſe teſtatiſſimum habemus, ſed potius ad ſpiritumſanctum remiſit, cum primis audiendum, qui eccleſiæ, non ſolum in ſcripturis ſicut oſtendimus, ſed in apoſtolis, ac patribus necnon reliquis loquitur. Hinc etiam & ipſe dominus haud ſolis ſcripturis, ſed exemplis, ſimilitudinibus, parabolis, rationibus item a natura ſumptis, quemadmodum & Paulus poetarum carminibus, con ſuetudine, apoſtolicíſque traditionibus interdũ vtitur, ꝑ hæc enim omnia, eccleſiam ſpirituſſanctus omnem docet veritatẽ, pro quolibet tempore quæuis credenda explicans.

Act. 3. Apoc. 2. 3. Neem. 9. Matth. 10 Eph. 4 Matth. 13 13. 15. 20. Ioann. 5. 8 Act. 17. 1. Co. 11.

¶Quod ſi dixerimus, id quod bona fide poſſumus. Ideo videlicet Chriſtũ ſcrutãdas iuſſiſſe ſcripturas, nimirum, quatinus doceret nequaquam ſic mordicus nos ſolis nudis inhæreſcere ſcripturarũ voculis vt reliqua ſuperius enumerata contemptim tranſiremus, quis iam non videt auctoritate Chriſti noſtra non ſolum non infirmari, quin potius firmiſſime probari?

SECVNDA CAPTIVNCVLA.

IN eccleſia primitiua, niſi facta primum ſcripturarum collatione, nihil prorſus acceptabatur, id quod de Pauli prædicatione patet, vbi hi qui cum omni auiditate verbum audierunt, ſcripturas quotidie ſcrutabatur, ſi ita hæc ſe haberét. Ergo neque his diebus acceptandum erit quicquam, niſi claris ſubindicetur ſcripturis.

Tertul. ad Mar. lib. 4 ITa ſemper hæretici aut nudas, aut ſimplices voces coniecturis quo volunt rapiunt, aut rurſus conditionales, & rationales ſimplicitatis conditione diſſoluunt, aut certe ex ſingularibus, vniuerſale quoduis concludunt. At cauenda ſunt non ſolum quæ ſunt aperte manifeſta, ſed & aſtute fraudis ſubtilitate fallentia. Quid vero aſtutius quidue ſubtilius, quam vt Chriſti verbo deuictus ac proſtratus inimicus, ſub ipſo verbi titulo fallat incauto, hæreſes inuenit & ſchiſmata, qbus ſubuertat fidem, veritatem corrumpat, ſcindat vnitatem, & quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate, circumſcribit & decipit, noui itineris errore, rapit de ipſa eccleſia homines, & dum ſibi appropinquaſſe iam lumini, atq; euaſiſſe ſeculi noctem videntur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, vt cum euangelio Chriſti & obſeruatione eius & lege non ſtantes, chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment, blandiente aduerſario atq; fallente, qui ſecundum apoſtoli vocem, transfigurat ſe velut angelum lucis, & miniſtros ſubornat ſuos, velut miniſtros iuſticiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub protextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur. Ita hoc in loco, ſua fraude, ſimplices, ſcripturarum ſub exemplo fallere molitur, dũ ex eoꝝ q̃ a Paulo pdicabantur collatione, cũ ſcripturis facta, prorſus nihil in eccleſia contẽdit extra ſcripturas acceptandũ. At quis adeo cæcutiat, vt ſcripturã hãc non videat, ineptiſſime huc extortã? Quid em̃ ſi aliqui Iudæi in lege periti ſub tãta rerũ ſuarũ mutatione ſcrutati ſint, an ea q̃ prædicabat Paulus, veteribus eorũ ſcripturis reſponderent:

Berna. de ſim. pre'.

Num

Num mox ideo conſectariū eſt nihil extra ſcripturas vel in pri
mitiua eccleſia acceptū, aut modo acceptandū? Nequaquam, ꝑ
dicabat Paulus haud alia quam q̄ ſcripturarū teſtimonĳs mani
feſtiſſime probabantur, nimirū, aduentum meſſiæ, legis ceſſati
onē, neceſſariam in Chriſto fidē, & id genus alia, ſcripturarum
vaticinio ꝓdicta. At horū ſcrutiniū adeo nihil pugnat noſtro in
ſtituto, vt etiamnū ꝑquam maxime probet. Docuimus namq;,
non quidem ſcripturas haud ſcrutandas, quin potius, non om̄ia
q̄ credenda fidelibus proponūtur claris ſcripturarū verbis ſem
per exp̄ſſa. Nullatenus ergo īficiamur credibilia ſcripturis pro
banda. Imo ſcripturis primū in rebus fidei ſtatuendis gradū da
mus, modo ſicut diximus non deſint. Quod ſi defuerint, nos iu
xta Pauli conſiliū ꝑmanemus in his q̄ didicimus, non ſolū p ſcri
pturas, ſed & p orthodoxos patres, apoſtolicas traditiones, ali
aque ſimilia, p q̄ ſpūſſctūs eccleſiā ſuā vna cū ſcripturis in cūctis
ad ſalutē neceſſarĳs edocere dignatur, ac aduſq; ſeculi conſum
mationem dignabitur. Multa vero ī primitiua eccleſia ex ſolis 1.Cor.7
apoſtolorū traditionibus nonnulla ex gn̄alis concilĳ diffinitione Act. 15. 16.
pleraq; ex conſuetudine, ꝑter oēm ſcripturarū collationē, rece 2. Theſſ. 2.
pta, aptius ſcriptura tradit, quā a quoquā ignorari poſſit. Inde
diuus ille Paulus ait, fratres ſtate & tenete traditiones quas di
diciſtis ſiue p ſermonē, ſiue p epiſtolā noſtrā. Si apoſtolus non
ad ſolas ſcripturas ſed etiā ad traditiones, cum a ſe, tum alĳs a-
poſtolis datas fideles clare remittit, proin nec huius nec alicu
ius alterius autoritate ſcripturæ probatur, in primitiua eccle-
ſia, nil niſi collatione ſcripturarum admiſſum.

TERTIA CAPTIVNCVLA.

Pſaltes ille diuinus ī ſuorū odarū initio mox illū beatificat,
q ī lege domini meditatur nocte dieq;. Non itaq; ex patrū
documētis, ſed ſola diuinarū ſcripturarū meditatione, fides no
ſtra ſtabiliri debet. Is enim eius meditationis finis eſt.

RESPONSIO.

AT nos patrum documenta recepta, oſtendimus a lege do
mini nequaquam aliena. Ideoque Dauidis iſto verſiculo,
adeo non auocamur ab his, vt etiam ad hæc nos alias impel-
lat dicens. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de Pſalm. 93.
lege tua docueris eum. Beatificat hic Dauid haud ſolum

illum, qui de lege domini docetur, quinetiam illum qui a domino eruditur. Oſtendimus autem eccleſiam Chriſti a domino non ſolis ſcripturis, ſed & patrum documentis alijſq; recitatis erudiri, & ideo nequaquam ſe putet in lege domini meditatũ, qui contemptis patrum interptamentis, ſuo ſpiritu pronunciat. Nos enim beatum ingenue fatemur, qui meditatur in lege domini, modo ea, de quibus diximus minime contempſerit, nihil enim in talibus diuerſum ab his q̃ in ſcripturis ſeu lege dñi continentur, reperiet, quantum ad fidei ſubſtantiam attinet. Quod ſi quiſquã iã in lege domini meditans diſſenſerit ab illis,
1.Cor. 14. ſciat ſe ſpm̃ ſanctum tali ſcripturarum meditatione nequaquam hauſiſſe vel haurire. Cum ſpũs ille non ſit ſchiſmatis autor, ſed vnitatis, neque pugnantia, quin potius concordatiſſima in his omnibus doceat, ſciat, inquam, qui eiuſmodi eſt, ſe magis ſuo genio, domini legem peruerſe tractauiſſe, quam ſpiritus ſancti inſpiratione in lege domini meditatum eſſe, niſi fruſtra nos ſpiritus ille veritatis ad maiorum documenta remiſerit vbi ait.
Deu. 32. Interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Interroga, inquit patrem tuum, nimirum Chriſtum, qui poſſedit fecit & creauit te, de quo pater. Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite, hunc inquam patrem tuum interro-
Math. 3 ga, non tam intente, quam humiliter orando, & annunciabit tibi, reuelando per ſpiritum ſuum ſanctum ſynceram ſcripturarum intelligentiam, paruulis promiſſam. At num hic ſtatus? Nequaquã: Quid ergo reſtat? maiores inquit tuos & hos quo
1.Cor. 12. que omnes conſule legendo, prophetas videlicet, apoſtolos, ac
Ephe. 4 Euangeliſtas, & quos pater ille poſuit in eccleſia, paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec omnes occurramus in vnitatem fidei, hi profecto tibi dicent, quid in ſcripturis ſpiritus ille veritatis loquetur. Nequaquam ergo fidei vnitas in eccleſia Chriſti ſperanda eſt, ſi ſolis nudiſque ſiſi ſcripturis maiorum contempſerimus interpretamenta. de quibus & dominus per Hieremiam ait. Conſtitui ſuper vos ſpeculatores, au-
Hier. 6 dite vocem tubæ, hoc eſt doctrinam apoſtolorũ & apoſtolicorum
virorum

virorum, de quibus dominus deus in Iſaia loquitur. Clama ne ceſſes exalta vocem tuam &c.]

QVARTA CAPTIVNCVLA.

Fidei & eccleſiæ dogmata ſicut ſpiritusſancti autoritate ſtatuuntur, ſic eius autoritate a contrarijs erroribus vindicantur, at ſpiritus ille nuſquam præſentius, quam in ipſis ſacris quas ipſe ſcripſit literis inueniri poteſt, ſolis ergo ſcripturis probanda ſunt eccleſiæ axiomata.

RESPONSIO.

Fidei & eccleſiæ dogmata, vtique ſpiritusſancti autoramento, cui per ſe nituntur ſtatuenda, firmandaque ſunt, & a contrarijs vindicāda erroribus. Hanc etēm ob cauſam Chriſtus ait: Dabo vobis os & ſapientiam cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Ad hoc etiam in eccleſia perpetuo reſidet ſpiritus ſanctus, ſecundum Chriſti promiſſum vt eam in credendis infallibiliter dirigat, & ab vniuerſis vindicet erroribus. Alioquin veritatis columnam ac firmamentum illam nequaquam poſuiſſet. Oportet igitur omnibus his quibus ſuam erudit, dirigit, præſeruat, & expurgat eccleſiam præſentiſſimus ſit. At ſolis nudiſque ſcripturis id haudquaquam facit, imo & per patres quos ad hoc (ſi Paulo credimus) eccleſiæ dedit vt iam non ſimus paruuli & fluctuantes, omni vento doctrinæ circumacti in nequicia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Ideo fidem neceſſum eſt etiamnum his habeamus, credentes ſpiritumſanctum & præſentiſſimum eis ac certiſſimum in his loquentem. Itaque haud probe aſſumitur, ſpiritumſanctum nuſquam præſentius quam ſacris in literis inueniri. ¶ Equidē diuinis ſcripturis ipſum eſſe præſentiſſimum, gratis fatemur, nequaquam ſic, vt nuſquam alibi inueniatur, ſitque longius a patribus abſens, de quo ſcriptū legimus: Per nationes in animas ſanctas ſe transfert, Amicos dei & prophetas conſtituit. Cū enim in prophetis atq; patribus prorſus eadem loquatur, illiſque ad eundum finem vtatur, qui fiet vt præſentiſſimus vtriſque non ſit? Quomodo non præſentiſſimus illi credatur, qui dicit: Līgua mea calamus ſcribæ velo-

Lucæ.21. Ioānis.14 Ephe.4 Sapi.7.

Matth.10 Iohan.12. Lucæ.14 bæ velociter ſcribentis. Et illis, de quibus dominus ait: Vos
non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur
in vobis. Is eſt qui in vobis erit. Omnem vos docebit verita-
tem. Etiam quid vos dicere oporteat: Sed et illis præſen-
tiſſimum quis negabit de quibus Paulus ait. Qui hæc ſper-
1. Theſſ.4 1.Corin.7. nit, non hominem ſed deum ſpernit, qui etiam dedit ſpiritum
ſanctum ſuum in nobis, puto (alibi inquit) quod & ego ſpiritū
dei habeam. Adeo itaq; præſens eſt tam ſcripturis, quam patri
bus, vt quiſquis illum, ſiue in ſcripturis, ſiue in patribus non re
cipit, is vere ſanctum ſuum ſpiritum eiusq; contemnit doctri-
nam & ſpm illum habere minime credendus eſt. Id quod dile
ctus Chriſto apoſtolus, haud obſcure prodit dicens. Qui no-
1.Iohan.4. uit deum, audit nos: Non habet, ſolas audit nudaſque ſcriptu
ras. Et poſt: Qui non ē ex deo, non audit nos. In hoc cognoſci
mus ſpiritum veritatis & erroris, hæc ille. Vides iam apoſto-
lum diuinis eruditum doctrinis, veritatis ſpiritum, ab erroris
ſpiritu ſecernere, non ex ſolo nudo literæ, quin etiamnum ex
apoſtolorū apoſtolicorumq; patrum, apoſtolis ſuccedētium, au
ditu, habens pro indubitato, illum ex deo non eſſe, ideoque ſpi-
ritum dei in ſe minime habere, qui verbum illius, ſiue in ſcriptu
ris, ſiue in patribus audire contempſerit, ſecundum illud ſalua
Iohan.8. toris: Vos dei verbum non auditis, quia ex deo non eſtis. Alio
qui ſi omnis fides, nudæ literæ tribuenda eſt, vnde ex tam ſimi
limis formulis, ex tā vniformiſſimis voculis, adeo diuerſæ ſunt
enatæ hæreſes, vnde tot ſchiſmatum in fide monſtra prodiere?
Et quomodo denique fidem apoſtolus ex auditu proteſtatur?
Si nudis e ſcripturis fides prodit, quid eſt quod illam apoſtolus
non ex viſu, quo præcipue capeſſantur ſcripturæ, quin potius
Mar. vlti. ex auditu, exorituram deſcribit. Dicet forſan naſutulus quiſ-
quam, ex literæ euāgelizatione fidem enaſci. At, quid ergo do
minus apoſtolos mittens prædicare euangelium omni creatu-
ræ, non ad ſcripturas, quin, ad audita potius, quæcunque tan-
Matth. 28. dem docuiſſet (nec tamen vllis tum compræhenſa apicibus)
euangelizanda commiſit? Haud in ſolis itaque nudis ſcripturis
ſpiritus, eccleſiæ paracletus, loquitur, id quod & beatus Au
guſtinus

guſtinus, breui quidem verborum compendio, ſed plurimum memorabili ſententia teſtatur ſic ſcribens. Quicunque de ipſo capite ab ſcripturis ſanctis deſſentiunt, etiamſi in omnibus locis inueniuntur, in quibus eccleſia deſignata eſt, non ſunt in eccleſia, quia ipſum caput eccleſiæ, non tenent, quod eſt Chriſtus Ieſus: Et rurſus. Quicunq; de ipſo capite, ſcripturis ſanctis conſentiunt, & vnitati eccleſiæ non communicant, non ſunt in eccleſia catholica, quia de Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, ab ipſius Chriſti teſtificatione diſſentiunt, hæc ille: Ecce ſicut beatus Iohannes illum ex deo non eſſe prædicat, qui apoſtolos & illorum ſucceſſores non audit, ſic diuus pater Auguſtinus, illos ab eccleſia, ſcripturæ autoritate, proijcit, q cum conſentiant ſcripturis, vnitati tamen eccleſiæ haud communicant. Nimirum, a patribus, a concilijs, a traditionibus apoſtolicis, a generalibus denique eccleſiaſticis conſuetudinibus diſſentientes Nequaquam igitur nudis ſolis ſcripturis ſpiritus ille facer præſentiſſimus eſt, ſed & reliquis omnibus, per quæ veritatem omnem eccleſiæ neceſſariam ſubminiſtrat, erroreſque expungit. Non diffitemur tamen ſpiritum ſanctum modo quodam ſpeciali ſcripturis diuinis adeſſe, nimirum, ſicut, quibus ſane intellectis, nulla vnquam fallacia miſceri poteſt, & quibus eccleſiam ſemper in omnibus credendis infallibiliter dirigit, de quo infra latius. Auguſtin. con. peti. dona. lib. cap. 4. Eph. 5. Coloſ. 1

QVINTA CAPTIVNCVLA.

PAulus ad Timotheū ait, ſcripturas in eccleſia ſufficere ad ſalutem, propter quod Chriſti verbum vult ī eccleſia abundare, non patrū ſententias, aut alia q̄uis ex humano, qui fallax eſt & mendax, enata ſpiritu, potius quam diuino. Solis igitur ſcripturis, fidei veritates ſtabiliendæ ſunt, niſi nullam in eccleſia velimus eſſe certitudinem. Quid enim mendaci ſpiritu humano incertius, imo quid fallacius, de quo legitur ſpiritus vadens eſt & non rediens, & qui non eſt cum deo creditus? 2. Timo. 3 Colo. 3 Pſalm. 77

RESPONSIO.

Solas nudas literas(cum aliorum contemptu ecclesiæ ſufficere, apoſtolus nuſquam habet, ſed falſo impingitur illi, legatur eius ad Timothæum epiſtola (diſpeream) ſi eam in ſententiam quicquam inueniatur. Porro Timothæum poſſe diuinis ſcripturis ad ſalutem inſtrui, per fidem, quam explicat, in Chriſto Ieſu, hoc eſt quod ibidē habet, id quod nos vltro concedimus. At multum refert ſcripturis aliquem inſtrui poſſe ad ſalutem, & ſolas nudas ſcripturas eccleſiæ ſufficere. Nam & aliꝭs eccleſia opus habet, id quod & ſupra probauimus & infra fuſius deducemus, multorumque miſerabilis caſus ingeniorum teſtatur. Siquidem apertiſſime conſtat, ſummam inde pręclariſſimis ingeniꝭs ortam fuiſſe perniciem, quod reliquis omnibus contemptis, ſolis nudis ſcripturis expreſſis hærendum putauere. An non Arrius fuit in ſcripturis exercitatiſſimus? Num Pelagius, item & Eluidius, Hus quoque & VuycKleffus, Oeclampadius item & Sneppius, Carolſtadius & Butzerus, & horum omnium pater hereſiarcha Martinus Lutherus ac cæteri qui ſuis confiſi ingeniꝭs, naufragium tamen in ſolis literis paſſi ſunt. Tantumque abfuit vt ſolis ſcripturis periculum euicerint, vt etiam auxerint magis. Nec diffitemur diuinas ſcripturas, quælibet ad ſaltuem neceſſaria, ſufficienter continere, quia tamen non omnia credenda explicant. Imo plura ſpiritusſancti ſuggeſtione per patres, facta primum ſcripturarum diligentiſſima collatione ſubindicantur & exprimuntur, ineptiſſime colligitur ſolas nudas in eccleſia ſufficere, qđ contineant ad ſalutem neceſſaria, de quo infra latius.

Nota,

Col,1 ¶At quod apoſtolus, Chriſti verbum abundanter in eccleſia vult habitare, hoc ipſum & nos ſummis deſideramus votis, tantumque abeſt, quod patrum ſententiæ, reliquaque prædicta eccleſiā, a Chriſti verbo vel ſecludāt vel impediant, vt etiam quamplurimum ad hoc deſeruiant, quod eius verbi ſyncera pacificaq; euāgelizatio cū primis neceſſaria fidelib9, in ec-
1 Cor.1. cleſia abundanter habitet, hoc enim nullo pacto fieri poſſe arbitramur, niſi cuncta (iuxta Pauli doctrinam) cauerimus ſchiſmata,

ſmata, idip ſumq; dicamus omnes, ſimus etiam perfecti in vno ſenſu, & in eadẽ ſcientia. At iſtud qui fiet, niſi ſcripturis mul tifarie intelligibilibus, ac in diuerſum traducibilibus patrũ quo que concordes iunxerimus interpretationes, ſeruemus etiãnũ eorũ, de quibus iam diximus, tam decreta, quam tradita. An non ſchiſmata, an non errores excitabuntur, quando quiſque ſcripturam, vel ad ſuum interpretabitur ſpiritum, adque ſuum verterit vafriſſimum cerebrum, aut certe prophana induxerit colloquia, communem eccleſiæ vel ritum vel conſuetudinem interturbans. Non erit pax, non pacifica pacifici verbi declamatio, ſi vel ſynceres & concordes diuinarum ſcripturarum ſenſus corrumpantur, vel ſi quid iuſtarum ſanctionum fuerit a quoquam leuiter immutatum. Quomodo enim pax credenda eſt apud eos, qui pacis iura ſubuertunt? Ad hoc ergo vt dei verbum in eccleſia non tam ſynceriter, quam pacifice, hoc eſt, abſq; adulteratione, ſine iurgio & ſchiſmate euãgelizetur, ſed & abundet abſque omni prorſus errore, opus eſt cum ſcriptu ris, tum etiam patrum documentis, & cæteris de quibus ſæpiuſ cule mentionem fecimus. Nemo igitur hæc ab eccleſia ideo putet exturbanda, quod abunde Chriſti verbũ in eccleſia habitare debeat. Cum his maxime fiat, vt ſynceriter abundare poſſit in ea. Apoſtolus ergo dũ voluit in eccleſia Chriſti verbum habitare, non ideo reliqua docuit exibilanda, ſed primatum dei verbo dedit, non autem ſolitarium voluit.

¶ Ad hæc, ſi patrũ approbata documẽta, vniuerſaliũ concilio rũ diffinita, apoſtolica tradita, generales quoq; conſuetudines in eccleſia receptas, nequaquam a dei verbo aliena oſtenderimus, nonne conſequens eſt etiamnum & hæc apoſtolum in eccleſia voluiſſe, in qua adeo abunde dei verbum habitare præce pit? Pergamus igitur iſtudque reipſa præſtemus. Verbũ Chriſti de quo diuus Paulus loquitur, nemo ſolum hoc intelligat, quod in papireis bibliorũ chartis, mortuiſue pellibus attramẽ to conſpicitur exaratum, quin etiamnum & quod dominus noſter Chriſtus Ieſus digito ſuo in cordibus præfinitorum hominum, vbi ſit inſpiratum, ad eccleſiæ vtilitatẽ loquitur, ſiue fiat Coloſſ. 3

huiuſmodi inſpiratio communiter & publicitus, vt in concilijs legittimis, ſeu priuatim, vt in cordibus ſanctorum paſtorum & doctorum eccleſiæ, Chriſti gregē ordinaria autoritate paſcentium, ad docendum, prædicandum, purgandum, illuminādum, ad explanandas, interpretandas ſcripturas, diſſoluendas dubietates, hæreticos arcendos, errores purgandos, in ædificationē corporis Chriſti myſtici, ad conſummationē ſanctorū, de quo

2. Petri. 1. ſanctus Petrus: Spirituſancto inſpirati, locuti ſunt dei homi-

Pſalm. 84 nes. Et Pſalmi. Audiā qd loquatur in me dominus deus. Iob

Iob. 32. Luce. 1. quoque: Inſpiratio omnipotentis (qui loquutus eſt per os ſanctorum q a ſeculo ſunt prophetarum eius) dat intelligentiam.

Ioānis. 5. Et dominus in euangelio: Verbum eius non habetis in vobis

& 8. manens, Sermo meus in vobis non capit: Quibus verbis euidenter oſtenditur preter verbum foris atramento exaratum, eſſe quoddam aliud verbum internum, digito dei, quorundam cordibus inſcriptū. Id quod beatus Paulus nobis manifeſtum

Ephe. 4 facit, qui cum dixiſſet, dedit in eccleſia quoſdam quidem apoſtolos, quoſdam vero prophetas &c. Ne quis putaret ſpiritum ſanctum ſequentibus defuturum, aut putaret futuris non locuturū mox ſubiunxit, quoſdam vero paſtores & doctores &c. vt Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Gregoriū, Thomam aquinatenſem, atque reliquos orthodoxos, ſiue canonizatos ſiue non canonizatos, quorum linguis ſpirituſſanctus vſus eſt, & vtetur ſemper ad ſcripturaꝝ verā īterpretationē, ad plenam eccleſiæ ſuper dubijs rebus inſtructionem, nec non ad hæreſum omnimodam extirpationem, horum ergo patrum documenta nobis relicta, quibus ſcripturæ explanantur, credenda extricantur, fideles ſpirituſſancti illuſtratione omnem veritatem docentur, erroreſque deturbantur, vere ſunt ſpiritus Chriſti verba, ſuam eccleſiam per huiuſmodi gubernantis. Et ideo nullatenus (ſicut nec Chriſti ſpiritus a quo profluunt) ab eccleſia floccipendenda ſunt, minus autem expungenda, de quibus

1. Theſ. 4 ſic beatus apoſtolus loquitur: Qui hæc ſpernit, non hominem, ſed deum ſpernit, qui etiam dedit ſpiritumſanctum ſuum in nobis. Ideo de traditionibus apoſtolicis ac generalibus eccleſiæ

conſuetu-

conſuetudinibus, quas ſpirituſſancti inſpiratione deriuatas in Cyprianus
eccleſiam, ſancti teſtantur, ſentiendum dicimus. Porro Chri- Hierony. Auguſtin.
ſti verbum quod inſpiratum diximus communiter & publici-
tus, ipſum eſt cuiuſlibet generalis concilij, in ſpirituſancto le-
gittime congregati, diffinitiuum circa res fidei ſtatutũ ſeu de
cretum, cuius autoritatem ſibi ipſi dominus Chriſtus aſcripſit
quando apoſtolorum collegio dicebat: Qui vos audit, me au- Lucæ.10.
dit, q̃ vos ſpernit, me ſpernit, & huic ſui aſſiſtentiã promiſit di
cens: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi Math 18.
ego ſum in medio eorum, quanto magis vbi centum, ducenti,
tricenti, pluresque in nomine illius congregantur, credendus
eſt eſſe in medio eorum? Expreſſius hoc inſinuat vbi ait: Ad- Ioan.16.
huc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.
Cũ autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem
veritatem, & quæ ventura ſunt annunciabit vobis, vtque ſe-
quentes etiam patres de huius ſpiritus aſſiſtentia ſibi nuſ-
quam defutura, melius certificarentur, præmiſit dicens: Et Ioan.15.
ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt ma-
neat vobiſcum in æternum. Ipſa itaque generaliũ conciliorum
diffinitiua circa fidem decreta, huius ſpiritus, ac proinde Chri
ſti, verba cẽſenda ſunt, id quod aperto apoſtolorum concilia-
riter congregatorum teſtimonio probamus, quando huiuſmo
di verbum ſpirituiſancto principaliter tribuebant dicentes.
Placuit ſpirituiſancto & nobis &c. Omnibus ergo ſynodis ge
neralibus catholicis, ſpiritus ille ſacer abſq; dubio adeſt. Om- Actuũ.15.
niaq; in illis (quantum ad res fidei) diffinitur concluſa, ſanctiſpi
ritus ac ipſius Chriſti verba habenda ſunt. Propter hoc enim
ſanctus Gregorius, quatuor concilia, Nicenũ videlicet, Con-
ſtantinopolitanum, Epheſinum, Calcedonienſe, non aliter ſuſ
cipit, amplectitur, veneratur, quàm quatuor euangelij libros,
prout habetur, xv. diſt. c. Sicut quatuor. Simile de alijs ge-
neralibus legittimis concilijs dicitur in c. ſancta romana ea-
dem diſt.

¶Non ſolum itaque de verbo in mortuorum animalium pelli
bus deſcripto, accipiendus eſt apoſtolus, qñ Chriſti verbum
abundare

abũdare dixit in eccleſia, ſed & de quolibet iam dicto, ſiue pri uatim ſiue publicitus inſpirato. Ad huiuſmodi namq; ſenſum,
Matth.4. Chriſti nos vrget ſermo vbi ait. In omni verbo quod procedit de ore dei, viuit homo. Non dixit ſimpliciter: In verbo, ſed no titer adiecit, omni. In omni verbo inquit, tũ, vt ſcilicet inſinua ret verbum de quo loquebatur, haud vnice accipiendum, tum vt textualium ſeu ſcripturariorum, ſoli mortuæ literæ mordicus inhærentiũ, errorẽ percuteret, tũ deniq; vt oſtenderet hoĩ contingere vitã, non ex ſola litera, id quod ſcripturarij putant; ſed de oĩ verbo, quod de ore dei procedit, id quod & Chriſti apoſtolus paucis explicauit dicens, Litera occidit, ſpiritus aũt
2.Cor.3. viuificat. De ore vero dei, non ſolum attramento ſcriptũ verbum, quin etiamnum inſpiratum tam publicum quam priuatũ, oſtendimus procedere. Vnde cum per hæc omnia viuat homo, planum eſt ſpiritum ſanctum, qui cunctorũ viuificator eſt, huiuſmodi omnia velle in eccleſia habitare. Nec credendum eſt apoſtolum (in quo Chriſtus haud dubium loquebatur) a Chriſto vel vnguem (quod aiunt) latum diſſenſiſſe. Vt quid
2.Co.13. enim cum dixerat: Verbum Chriſti habitet in vobis, adeo ſollicite adijcere curauit, abundanter. Hoc eſt, abſque omni defectu, niſi verbum ſcriptum, nudam videlicet literam, ſibi derelictam, præuidiſſet imperfectum & inſufficiens? Vñ mox addit. In omni ſapientia. i. ſic habitet in vobis abundanter, quatinus Chriſti verba in omnibus ſapienter, & catholice intelligatis: id quod abſque patrum, per quos occulta ſcripturarum ſanctus nobis ſpiritus reſerauit, interpretationes nullatenus fieri poſſe, plurimorum caſus manifeſtiſſimum reddunt. Nullatenus ergo vel patrum dogmata, vel reliqua, per hoc apoſtolicum verbum ab eccleſia, in qua Chriſti verbum abundanter habitare debet, expungẽda probantur, cum huiuſmodi adeo non ſint a verbo Chriſti aliena, vt etiam in illo quam maxime intelligantur incluſa.

¶Nec propterea manent eccleſia, ſicut obijciebatur, incerta, Huiuſmodi nanque patrum orthodoxorum documenta, & ſi per homines, non tamen ab humano fallaci, ſed ſancto deſcen-

dun-

dunt ſpiritu, qui per eorundem patrum ora, ob eruditionem Math. Jo.
eccleſiæ loquitur, illorumq; linguis, ad hæreſum extirpationẽ, 1.Petr.ij.
& ad plenam eccleſiæ ſuper rebus dubijs inſtructionem, hacte
nus vſus eſt & vtetur perpetuo, ſic tam iſtos, quam nos per il-
los erudiens, vt in christiana obſeruantia, nil erroneum, nil inor
dinatum, nihil patiatur confuſum. Ad laudem & gloriam ſuã,
qui eſt ſuper omnia benedictus deus. Amen.

FINIS M. D. XXX. Septembris. v.

CAPVT II.

ALIVD EST DE QVO HAVD PA rum addubitatum fuit.

An ſola Canonica expreſſa ſcriptura, ſit in eccleſia ſufficiens omnium credendorum agendorumque regula.

BOne deus, quot tenebriones iſti, veritatis deſertores hæretici, ſcripturarum lucifugæ, quorũ mẽtes nugarum ſpiritus prorſus occupauit, quot inquam, mouent lapides, quantas moliuntur inſidias, quot adinueniunt technas, quot dolos prætexunt, quibus & artes & partes ſuas, Cantharoaſtutiores, vel ad hominem, quod dicitur, colorent, hinc inexpugnabiles orthodoxæ fidei ſententias, quas nec autoritate improbare, neq; ratione labefactare poſſunt, apud imbecilles, dum in dubium vertũt, mira quadam arte illos infirmant, & quos apertis nugis fallere nequeunt, ambiguitatis laqueo, quaſi præſtigio quodam circumuenientes, obſcurant. Hiſce ex inſidijs, etiamnum ſub dubium vocant: An ſola ſcriptura, ſit omnium crudendorum agendorumq; regula, cum eccleſia nuſquam hactenus non docuerit, ſolam ſcripturã expreſſam nequaquam credẽdorum omnium poſſe regulam eſſe, modo ad ſenſum quem hæretici prætexunt intelligamus. At iſti ex aduerſo incedentes, totis animis ſolas ſcripturas oĩm

ſide tenendorum, cunctorumq; agendorum regulam vnicã, & ſufficientem faciunt, pugnãtiſſime docent, inuerecundius proclamant, nimirũ, quas ſciunt facile interuertí, torqueri, trahiq; poſſe, pro vafriſſimis ſuis ingenijs in quodcunq; velint ſuum inſtitutum, ac per hoc præſcribere nobis, quicquid ipſi vel credendum aut acceptandum, refutandumue confinxerint, denique nos eo ſecũ trahere poſſe putant, quo ſcripturas (a ſe perperam intellectas) haud aliter intelligamus, nec aliud ipſas ſentire credamus, quam intelligunt ſentiuntq; illi. Porro eccleſia Chriſti, meliore edocta doctore, ſpiritu videlicet veritatis iſtã hæreticorum peſtilentiſſimam aſſertionem, tanquam pernicioſiſſimum catholicæ ſidei errorem declinat, exsibilat, damnat, fidelibus autem veritatem ſequendam tribus doctrinis mox ſubſcribendis, luce clarius adaperit.

¶Candidum tamẽ velim præmonitum lectorem, ne tractatu præſente, quo ſolam ſcripturam noſtræ fidei ſufficientem regulã inficiamur, perperam intellecto, hallucinetur. Enimuero ſcripturam credendorum regulam catholici nequaquam diffitentur, niſi quatenus extra ſcripturas, & apertos apices, nihil fide credendum, moribuſue ſeruandum, a ſcripturarijs impudenter aſſeritur. Omnia inquiunt, ſunt apoſtolis & verbo & arcano quodam diuini numinis afflatu patefacta, quæ chriſtianum credere neceſſe eſt, quæ & ſcriptis ad æternam memoriã conſignarunt, atque in libros quæ nos Biblia vocamus, retulerunt Non eſt igitur ne iota quidem vnum credẽdum, quod illic ſcriptum non inuenitur.

PRIMA ECCLESIAE CATHOLICAE DOCTRINA.

Infallibilem aliquam, in eccleſia militante regulam eſſe, perpetuoque in ea manere neceſſum eſt, ſecundum quam in oĩbus credendis & agendis inerrabiliter dirigatur.

PROBATIO.

hanc &

HAnc, & ſi nemini (cui chriſtianum pectus eſt) aut obſcuram putemus aut dubiam, ob Scripturariorum tamen improbitatem, qui omne, quod planisnon obtruditur literis, reſpuunt, eam ſcripturis fundatam paucis oſtendemus. Cum fides, adeo eccleſiæ militanti neceſſaria, vt abſque illa deo placere poſſit minime, ex auditu ſit, auditus autem per verbum dei quod abſque prædicante non auditur, prædicent vero non ſolum theodidacti & adeo miſſi. Imo & quibus deus haud locutus eſt, angeli plane ſathanæ, transfigurantes ſe, adulteratione verbi dei, in angelos lucis, de quibus apoſtolorum vertex beatus Petrus. Erunt inquit in vobis magiſtri mendaces, nimirum hæreſiarchæ, qui introducent ſectas, & multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, et in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Venturi ſunt, inquit, non vnus, ſed plures, non rudes, ſed magiſtri ingenij viuacitate pollentes, eruditione præſtantes, linguarum peritiam callentes. Rethorculi, periti, rabini, quos denique miretur tota eccleſia. At mendaces erunt nequaquam veritatis doctores non ſanæ doctrinæ prædicatores, ſed errorum ac ſchiſmatũ autores, qui ſectas nouas, ac falſas doctrinas, hæreticas prauitates erroneas collectiones, introducent, per quos via veritatis, Chriſtus ipſe, ſeu fides catholica, et recta conuerſatio chriſtiana, blaſphemabitur, fictiſque verbis, in auaritia, de fidelibus negociabuntur, per benedictiones et dulces ſermones innocẽtium corda ſeducentes. Quis autem in tanto doctrinarum peregrinarum diſcrimine, in tanta Chriſtum prædicantium varietate, non concuteretur, quis tam ferreus vt non vacillaret, quis adeo perfectus vt non hallucinaretur, præſertim, cum nullus hominum, excepto eo qui ob noſtram ſalutem carnem indutus eſt humanã, plenam habeat omnium ſcientiam, prædixeritque veritas, plurimos illorum hypocriſi ſeducendos, multos illorum luxurias ſecuturos, niſi infallibili quadam amuſſi ſeruaretur? Cũ ergo hallucinari, errare, labi, decipi, vbique periculoſum, in rebus autem animæ periculoſiſſimum ſit, omnino

Hebre. 11
Roma. 9
Hiere. 23
2. Co. 11.
2. Cor. 4
2. Petr. 2.
Iohan. 8.
Iob. 11.
Rom. 16.
Matth. 24

neceſſarium eſt in eccleſia regulam manere, ne magiſtris circumuenta mendacibus, a ſana doctrina degeneret. Et quis ne ſcit eccleſiam dei viuentis, fundamentum, columnamque veritatis omnis, tam agnoſcendæ, quam agẽdæ, ac propterea in omibus cum credendis tum agendis oportere ſemper, abſque o-
Eph. 5. mni ruga ſcandali, & errorum macula perſeuerare. At hoc qui fiet, niſi regulam aliquam habeat infallibilem, qua dirigatur, vt inerrabiliter recta ingrediatur via, & a vero nuſquam diuertat? Enimuero ſibi ipſi, regula (niſi forſan leſbia) nequit eſſe. Derelicta namque ſibi, inerrabilis non eſt, id quod tum ſub ortæ tot hæreſes ingenue probant, tum fuſa per dominum
Luc. 22. Chriſtum pro eius fide ne deficiat precatio demonſtrat. Alio
Matth. 24 qui, quomodo poſt dominum Chriſtum apoſtoli futuros in ec-
Epheſ. 4. cleſia pſeudoprophetas, deceptores, illuſores, mendaciorum-
2. Petr. 2. que magiſtros ceciniſſent, qui perditionis ſectas introducerent, quibus in nequitia, & aſtutia eccleſiam adorientur, vt imponant illi ac circumueniant in erroribus? Sed nec ſpiritum
Iohan. 14. ſanctum in eccleſia permanere oportuiſſet perpetuo, nec do-
Matth. 18. minus ſcandala futura, neque Paulus hæreſes venturas pronun-
1. Cor. 1. ciaſſent, ſi ſeipſa fuiſſet inerrabilis, ſi indeceptibilis, ſi nullo denique errore obliquabilis. Ac inuicta hactenus perſtitit, inconcuſſa, veluti marpeſia cautes, ſemper reſedit, a veritatis ſcopo, tot errorum periculis expoſita, tot hæreticorum oppugnata machinamentis, nunquam dilapſa eſt nunquam auelli potuit, imo ſemper victrix triũphum egit & aget. Neceſſum eſt itaque regulam aliquam, cui quam maxime nitatur infallibilem habeat, ſecundum quam in omnibus credendis & agendis inerrabiliter dirigatur, vt iam non ſimus paruuli, nec omni
Coloſſ. 4 doctrinæ vento fluctuantes circumferamur.

SECVNDA ECCLESIAE CATHOLICAE DOCTRINA.

HViuſcemodi regula, non poteſt eſſe ſola textualis, expreſſaue ſcriptura.

PROBATIO.

Sola

SOla textualis ſcripturarum litera, quamplurimis ſui ſpiritus ductum ſequentibus, fuit (ſi diuis credamus apoſtolis) erroris occaſio, id quod nihil magis ſtabilire poteſt, quam priorum hæreticorum exempla, quotquot retro ſæculis nos præceſſerunt, quorum errores ex ſcripturis, ſecundũ literam perperam intellectis, ortum habuerunt, vt Hymeneus & Alexander, Ebian & Cherintus, Arrius vir alioqui doctiſſimus & acerrimo præditus ingenio, Eutices, Sabellius, Vigilantius, Iouinianus, Eluidius, Donat⁹, Pelagius, Manichæus, Vuycleffus, ac ſimiles, quos ſuis ingenijs confiſos, ex ſcripturis minus recte intellectis occaſionatos, turpiter erraſſe compertiſſimum eſt, ſecundum illud beati Pauli: Litera occidit, Idipſum quoque hodie fieri poſſe, imo quam multis contigiſſe, Germanorum tot ſchiſmata & hæreſes, a ſeptemcipite hæreſiarcha Martino Luthero renatę conuincũt. Qui poſſit ergo ſola ſcriptura veritatis eſſe regula e qua tot errorũ myriades occaſionẽ accipiunt? Dein, ſcripturæ cortex credenda nequaquã omnia exprimit nec agenda, id qđ mox infra probabimus, quamobrem ad ſolas, nos ſpirituſſanctus nuſquam remittit ſcripturas, quod tamen cum primis oportuiſſet, ſi ſcripturam ſolam, eccleſiæ regulam poſuiſſet. Enimuero ſi rectitudinem, qua alia rectificari debent, in ſe regula haud exprimat, quomodo regula erit? Omnis autẽ chriſtianæ diſciplinæ rectitudinẽ ex credendis agendiſque pendere, nemo eſt qui addubitet. Eccleſiæ ergo regula, non poterit eſſe, niſi quod in vniuerſum, tam credenda quam agenda, indefectibiliter exprimit, Solis autem ſcripturarum apiculis id haud quaquam fit, qui ne leui argumento regula credi poſſent, nil ſuis ſcriptum manibus ſeruator noſter, poſt ſe reliquit, ne vel textuarij ſeu ſcripturarij, aut alij quiuis hæretici, eius ſcripturæ prętextu fideles circumuenirent facilius, deciperent aſtutius, perderent animoſius, & pertinacius in eccleſiam perpetuo proteruirent. Cum enim humanis, hoc eſt, hominum digitulis exaratis, nimirum Apoſtolorum, Euangeliſtarum ac Prophetarum, ſcripturis, tantum iam tribuant, & præter eas, ſiue in fide ſiue in moribus,

2.Col.3.
2.Petri.3.
1.Timo.1.
2.Cor.3.

nihil admittendũ neceſſe putent, quid facerent, quæ ſuis dijs thura pſoluerẽt, quãtũ (modo depreſſas) erigerẽt criſtas, ſi quẽadmodum Moyſes olim tabulas, dei digito ſcriptas, ita producere poſſent & ipſi ſcripturas aliquas proprijs ſeruatoris noſtri manibus confectas.

¶ Deniq; ſcripturam, ſecundum exteriorem literã, pluribus in locis apparenter ſibi non ſolum non conſtare, imo ſuperficie tenus inſpectam, ex diametro pugnare quis non videt? Exemplo ſunt, dicit alicubi Christus: Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniũ meũ non eſt verũ. Alibi vero: Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonium meum, Quis hæc ſibi non pugnare credet ſola inſpecta litera? Sic apparẽt contraria, Ego non iudico quemquam, & ſicut audio, iudico. De Ioanne quoque legimus, Ipſe eſt Helias, Ego non ſum Helias, Orandũ dominus in cubiculo docet, clauſo ſuper ſe oſtio, Apoſtolus eius in omni loco viros orare iubet, Omnem cibum Chriſtus liberum reliquit, Apoſtoli liberos omnes noluerunt, & reliqua q̃ tot & tanta ſparſim in euangelijs leguntur, vt beatus Auguſt. ad compeſcendos hæreticos, ſcripturarum contrarietatem pertinaciſſime obtrudentes, ſpecialem de euangeliſtarũ concordia librũ edere compulſus ſit. At quod ſibi videtur minime conſtare, q̃ poterit alteri veritatis indeficientis eſſe regula, quam ſibi numquã non conſtare oportet etiam apertiſſime. Interea nemo, niſi trunco ſtupidior, eam aut cognoſcẽdę veritatis, aut operis ſui regulam conſtituet, q̃ impoſſibile quoduis proponit. Quis eñ vnquam impoſſibilius captandis conceſſit vel manum vel animum relaxauit? Apparet autem, ſcripturam, ſecundum nudam intellectã præciſe literam, multa continere atq; proponere impoſſibilia. Exẽplo eſt quod legitur in Exodo: Deuorauit virga Aaron virgas eorũ hoc eſt magorum, Et ſerpentis cũ muliere confabulationem, qs, ſi fide haud iuuetur, non aut impoſſibile, aut Aegyptiacum portentum reputabit? Sic nos fieri natura ſeu opere noſtro impeccabiles, quo impoſſibilius nihil, ſcriptura proponere videtur vbi ait: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis

Ioãnis .5. Ioan.8 Ioan.5 Math.11. Ioan.1. Math.5. 1.Timo. Math.15. Actu 15. Exo.7. Gen.3. Eccle.7.

peccabis. Eiuſmodi ſunt, Oportet ſemper orare & nunquam Lucæ.18
deficere, Sine intermiſſione orate, Eſtote perfecti ſicut pater 1.Timo 5. Math 5.
veſter cœleſtis. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut 1.Ioãnis.2
ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Hæc & id genus reliqua plura, vt primum interim ac in lege maximum illud charitatis præceptum, multis prorſus impoſſibile viſum taceam, ſecundum literæ propoſitionem, extra hominis poteſtatem putantur, & tamen in ſcripturis propoſita leguntur.

¶ Quid ſi literam etiamnũ multa in ſpecie falſa continere probauerimus? num vt regulam agat, digna cenſebitur? Ierunt, inquit, ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, Quid falſo ſimilius? Iudic.2.
In pſalmis legitur: Comederunt Iacob &c. Quid portentuoſius? In Mathæo, Ioãnes ipſe eſt Helias, In Marco: Ieſus non poterat ibi virtutem vllam facere. In Matthæo. Extendens manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea. Simile Lucas habet, In Ioanne: Niſi manducaueritis carnem filiȷ hominis & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis, Hoc autem ſecundum literam carnaliter intellectum, eſſe falſum, ipſe dominus teſtatur dicens: Caro non prodeſt quicquam.

Pſalm.78. Math.19. Mar.6. Math.12. Lucæ.8. Ioan.6.

¶ Amplius, cum regulam oporteat eſſe inflexam & vniformiſſimam non Prothei more, in quamcunque formam trãſformabilem. Scriptura vero ſecundum nudam literam tam mire flexibilis tam varie tractabilis ſit, qui fiet vt eam habeamus regulam? Probant hanc varietatem diuerſę contrariꝙ; hæreſes in eadem litera fundatę, Legimus in epoſtola ad Romanos, Vix pro iuſto quis moritur, Nam pro bono forſan quis audeat mori: Duæ hæreſes (diuus ait Hieronymus) ex occaſione huius teſtimoniȷ quod non intelligunt, diuerſo quidẽ errore, ſed pari impietate blaſphemãt. Marcion enim qui iuſtum, deum & creatorem legis facit & prophetarum, bonum autem euangelioꝝ & apoſtoloꝝ, cuius vult eſſe filium Chriſtum, duos introducit deos, alterum iuſtum, & alterum bonum: Et pro iuſto aſſerit vel nullos vel paucos appetiſſe mortem. Pro bono autem, id eſt Chriſto, innumerabiles martyres extitiſſe.

Roma.5 Hierony.in quæſtion. ad alga quæſt.7.

Porro

¶Porro Arrius, iuſtum ad Chriſtum refert, de quo dictum eſt: Deus iudiciũ tuũ regi da &c. Bonũ aũt deũ patrem, de quo ipſe filius confitetur. Nemo bonus, niſi vnus deus pater. Pro filio autem quem blaſphemans deum nugat, vix inquit aliquis moritur. Ex eiſdem quoque verbis Chriſti videlicet: Non eſt

Mat. 20. meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo, monſtruoſiſſimę leguntur enatæ hæreſes. Prima, Eumenianorum

Prima. hæ Accianorum, & Donatiſtarum, dei filium patri coęqualẽ diffi

Secun. hæ. tentium, ex hoc verbo: Non eſt meum dare vobis. Alia Vuycleffiſtarum, Huſſorum, ac Lutheranorum, Diuinam prædeſtinationem & præſcientiã, prædeſtinatis, atq; præſcitis, impo nere neceſſitatem aſſerentium ex hoc dicto: Quibus paratum

i. Petri. 2. eſt a patre meo, Albigenſes & Cathafrigæ ex hoc Petri verbo: Vos eſtis regale ſacerdotium &c. Omnes vtriuſque ſexus Chriſtianos, eccleſiaſticos pertinaciſſime aſſerebant ſacerdotes.

¶At pauperes de Lugduno ſolos iuſtos eſſe veros eccleſiæ ſacerdotes prædicabant.

¶Audiebant Nazarei dominum dicentem: Non veni ſolue-

Mat. 5. re legem ſed adimplere, Et fidem Chriſti abſq; legalibus obſeruantijs ad ſalutem haud ſufficere dicebant. Venit angelus ſatanæ Lutherus & ſolam fidem, abſque bonis operibus, ad ſalutem quibuſuis ſufficere baptizatis inculcat.

Ioannis. 3. ¶Legit Oecolampadius: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei, Et Chriſtianæ gratiæ baptiſmum, non in aqua ſed ſolo ſpiritu fieri debere profitetur, ſpiritum & aquam prorſus confundens. Audiunt eadem verba Lutherani, ſpiritum quoque deſtruunt ab aqua, quam tamen ad Chriſtianam regenerationem neceſſariam nullatenus confitentur. Ex eiſdem euangelicis verbis, baptiſmum, eccleſiæ neceſſarium negant cum Manicheis Oecolampadiani. Porro cum Vuycleffiſtis, exorciſmum baptiſmalem Lutherani contemnunt. In venerabili euchariſtiæ ſacramento, docet cum Oecolampadio Zuuinglius non eſſe veraciter corpus Chriſti, ſed his Lutherus manibus, quod aiunt, & pedi-

& pedibus obſiſtit, Cum pane materiali, Chriſti corpus vere præſens aſſirmans eodem domini ſermone quo & priores ſibi aduerſarij nixus, hoc eſt corpus meum. Mat.26

¶ Et quis tandem omnes, ex ſcripturæ litera haud probe intellecta, prognatas enumerabit hæreſes? Proin veriſſimum eſt, qđ Paul. orbis doctor olim cecinit dicens: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat, quod non tam de legis, quam euangelij litera accipiendum, venerandus Origenes his verbis aperit. Agnoſcite quia figuræ ſunt, quæ in diuinis voluminibus ſcripta ſunt, & ideo tanquam ſpiritales, & non tanquam carnales examinate, & intelligite quæ dicuntur. Si enim quaſi carnales ſuſcipitis, lędunt vos & non alunt. Eſt enim & euangelijs litera quæ occidit, non ſolum in veteri teſtamento occidens litera depræhenditur. Eſt et in nouo teſtamento litera quæ occidat eum, qui non ſpiritaliter quæ dicuntur aduerterit. Si enim ſecundum literam ſequaris, hoc ipſum quod dictum eſt: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis meum ſanguinem, occidit hæc litera. Vis tibi & aliam de euangelio proferam literam, quæ occidit? Qui non habet (inquit) gladium, vendat tunicam ſuam & emat gladium. Ecce & hæc litera euangelij eſt, ſed occidit. Si vero ſpiritaliter eam ſuſcipias, non occidit, ſed eſt in ea ſpiritus viuificans. 2.Cor.3. Orige. ſuper leui. Homi.7. Ioan.6. Lucæ.22.

¶ Huic ſententiæ beatus Petrus apoſtolorū princeps, de paulinis epiſtolis ſermonem faciens pulchre ſubſcribit: In quibus (inquit) ſunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem. Ecce quoſdam pronunciat hac ſcripturarū litera interijſſe, qui ſcripturas ob earum difficultatem, haud ſatis intellectas, ad ſuam perditionem deprauarint, id quod & Paulus ad Corinthios teſtatur, ſuum euangelium in his opertum eſſe qui pereunt affirmans. Occidit igitur & quoſdam euangelium. Quam ob rem obſcurum nemini poteſt eſſe, literā quoſdam occidere, & nonnullos turpiter in ſacris literis hallucinatos, & adhuc hallucinari poſſe. Præterea, in ſcripturarū tranſlationibus, non ſolum non vniformis litera, id quod linguarum 2.Pe.3. 2.Cor.4.

peritis notiſſimum arbitramur, imo tanta, nec ſemel varietate diſſident, vt quid certum teneas, vix ſcire poſſis, ſed & in eadem tranſlatione eundem textum ſepiuſcule variare, apud etiamnum eundem tranſlatorem. Viri haud vulgaris doctrinæ, Lenſs. & Stunica in Eraſmiana triplici editione latina, necnon eximiæ eruditionis famoſiſſimus, iuxtaq; piiſſimus Hieronymus Emſerus in duplici Lutheranica noui teſtamenti tranſlatione improbiſſima, manifeſtiſſimis indicijs comprobauerunt. Qui fiet igitur vt infallibilis poſſit eſſe regula?

¶ Demum quis neſciat ante omnem ſcripturam, imo quando forſan nec dum vllæ extabant literæ, fuiſſe eccleſiam nec illam tunc in neceſſarijs ad ſalutem in quoquam defeciſſe? Siue enim Chaldeæ, quarũ Abrahamus (Philone teſte) creditur inuentor, ſiue Hebreæ (quas Moyſes primum tradidiſſe perhibetur) primæ fuerunt. Omnem tamen eccleſia ſcripturam anteceſſit. Sic enim venerabilis Origenes habet: Non tu mihi ex aduentu ſaluatoris in carnem, ſponſam dici eccleſiam putes, ſed ab initio humani generis, & ab ipſa conſtitutione mundi, Imo vt Paulo duce, altius myſterij huius originem repetam, ante etiam conſtitutionem mundi: Sic enim dicit ipſe: Sicut elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi, vt eſſemus ſancti & immaculati coram ipſo in charitate prædeſtinans nos in adoptionem filiorum Iſrahel. Sed & in pſalmis ſcribitur: Memento congregationis tuæ domine, quam congregaſti ab initio. Prima etenim fundamenta congregationis eccleſiæ ſtatim ab initio ſunt poſita, Vnde & apoſtolus dicit ædificari eccleſiam non ſolũ ſuper apoſtolorum fundamentũ, ſed etiam prophetarum. Inter prophetas autem numeratur & Adam, quia magnum myſterium prophetauit in Chriſto & in eccleſia dicens: Propter hoc relinquet homo patrem ſuũ & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ & erunt ambæ in carne vna. Euidenter enim de his dictis eius dicit apoſtolus, quia myſterium hoc magnum ſit, Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Fuit ergo ante omnem ſcripturam eccleſia, At regulæ, quæ opus vt recte fiat neceſſario

Origenes homi. 1. ſu. cant.

Nota.

ceſſario prouenit, poſteriorem tribuit locum, Ea propter non poterit eccleſiæ regula nuda eſſe ſcriptura, id quod omnium poſtremo vel hoc manifeſtius probat, quod in ſcripturis non omnia credenda, nec agenda ſunt expreſſa, Alioqui vnde ſchiſmaticis ac hæreticis cum patribus, tantum eſt de ſcripturis, de credendis, deque rebus ac moribus diſſidium, aut quibus oculis vident iſti, quod hi contueri nequaquam potuerunt? Dicant vbi in ſcripturis inueniunt diem dominicum obſeruari præceptum, quem tamen eccleſia colendum præcepit? Nec eſt neotericum inuentum, ſed a primordiis eccleſiæ traditum, & Chriſtianis hactenus accuratiſſime cuſtoditum. Dicant rurſus, vbi iuſſum fuerit in ſcripturis diuorum imagines eſſe venerandas? Certe ſeptima ſynodus (quæ fuerat .ccclxxvij. patrum) condemnauit execratores earum, Et voluit omnes Chriſtianos digna eas veneratione complecti. Dicant etiam quæ ſcriptura tradat patrem ingenitum dici, Nam Auguſtinus hoc ipſum in ſcripturis nuſquam inueniri ſe potuiſſe teſtatur, & tamen ad fidei ſubſtantiam pertinet. Sed nec quod filius homouſius dictus alicubi fuerit, ſi credimus Auguſtino, poſſit inueniri, & tamen hoc ipſum eſt articulus fidei. Dicant inſuper, qua ſcriptura cogemus proteruientem, vt fateatur ſpiritumſanctum a patre ſimul & a filio procedere, & tamen idipſum eſt articulus fidei.

¶Dicant quoque vbi reperiemus quod paſcha, non alio quam dominico die celebrandum ſit? profecto nuſquam in ſacris literis iſtud comperies, & tamen hoc a priſcis illis obſeruari diſtrictius imperatum eſt. Dicant tandem vbi ſcriptum ſit in ſacris literis, quod baptizatus ab hæretico, non debeat rebaptizari, & tñ etiã autoritate Cypriani renitente, poſt mortem eiuſdem Cypriani per concilium Carthaginenſe decretum fuit, An non CHRISTVS aſſeruit multa ſe habuiſſe, quæ dicturus apoſtolis fuiſſet, ſi tunc ea ferre potuiſſent? Et vbi quæſo ſunt illa ſcripta? Sed & Paulus poſt ſuum redi- Ioan. 16

E ij tum,

i.Cor.ii. tum, quædam Corinthijs pollicitus eſt, ſe diſpoſiturum Cætera inquit, cum venero diſponam, Et hæc in ſacris literis nuſquam ſcripta inuenies. Non ergo omnia quæ vel ad fidem vel ad leges morum et operũ pertinent, plene ſunt in ſcriptu ris expreſſa. Ex his probe colligitur, ſolam ſcripturam ſecun dum exteriorem nudam literam non eſſe poſſe regulam infalli bilem credendorum.

¶ Eam ob rem non tam ſubdole quam friuole nos ad ſolas ſcrí pturarum voces & ſonos, tanquam vnicam ſufficientemque credendorum agendorumque omnium regulam, adigere co nantur hæretici, hanc prorſus inutilem, etiamnum aduſque ra ram nobis ſuccinentes cantilenã, Scripturas, Scripturas, Scri

i.Cor.ſ. pturas, Ranarum ægyptiaꝝ cantus hic eſt, Nec non obſtina tiſſimorum Iudæorum qui velamen ſuper cor habentes poſitum, eandem in hodiernum vſque diem conclamant cantiunculam, nihil fidei, nihil ſalutis acceptantes, non ſpiritui ſancto, ſed ſolis literarum formulis, figuriſq; ſcripturarũ corda accommodantes. ¶ At nos lucifugas has noctuas ſinamus, Indignum enĩ eſt, vt gratia & veritate illuſtrati, tenebras am plexemur, vt CHRISTVM lucem veram habentes ductorem, cæcos ſequamur duces, idignũ eſt vt Chriſtiani hoc in carmine peſtilentiſſimo Iudæis coutãtur, ac cum eis contra ſcripturas conclamẽt, Scripturas, Scripturas, Scripturas, Hoc

Lucæ.7. ſiquidẽ imperfectæ longeq; deficientis fidei manifeſtiſſimum

Mar.9 eſt indicium, opus habentis ſui a domino augmentum poſtula re atq; cum apoſtolis dicere: Domine adauge nobis fidẽ, Aut certe cum alio quopiam, Credo domine, adiuua incredulita tem meam. Rationibus autem inductis inſtructi fateamur, So lam ſcripturam, ſecundũ exteriorem duntaxat literam, grammaticaliter præciſe intellectam, nequaquam eſſe ſufficientem & infallibilem vniuerſorum credendorum agendorumque re gulam in ecclesia, tum propter exteriorem literæ periculoſi tatem, tum propter contentorum in ſuperficie defectuoſitatem, ſed & propter textuũ apparentem contrarietatem, tum etiã, ob falſoꝝ ſeu ipoſſibiliũ q̃ continet apparẽter pluralitatẽ.

tum ob

tum ob pugnantem textuum traductionem, tum deniq; ob miram tranſlationum varietatem, demum etiam propter eccleſiæ prioritatem.

TERTIA ECCLESIAE CATHOLICAE DOCTRINA.

INfallibilis & totalis regula, qua eccleſia militans in omnibus credendis inerrabiliter dirigitur, bifariam in ſe continet regulam partialem, vna, quæ credenda reuelat. Et hæc eſt, increata, nimirum Spiritus ſanctus eccleſiæ cuncta credenda reuelans & agenda. Ad hoc enim promiſſus & datus eſt, vt eccleſiam in verbo ſuo, hoc eſt, in ſcripturis, concilijs, & patribus, indeſinenter erudiat, & in omnem abſq; vllo errore veritatem inducat, ſecundum quod dominus promiſit dicens. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, intellige ad fidem, & ſalutis neceſſitatem pertinentem. Hæc etenim omnis veritas complectitur. Spiritus inquit, non propheta, non apoſtolus, aut patriarcha, non doctor aut euangeliſta, non in lege doctus ſcriba, nec hominum quiſquam, nec vlla ſcriptura vos, tanquam primus reuelator, omnem docebit veritatem, ſed ſpiritus, neq; quiuis, ſed ille ſpiritus, nimirum, veritatis, omnium creatorum ſpirituum autor, qui veritas ipſa inerrabilis, indeceptibilis ac infallibilis eſt, qui nec fallit aut fallere poteſt, fidelis enim eſt in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio, neq; eſt in illo, eſt & non, ſed eſt in illo eſt. Ille inquam docebit, ille inſpirabit, ille ſugeret, ille reuelabit omnem veritatem, omnium ad ſalutem, pro omni tempore neceſſariorum, ſcientiam infundendo. Adeoque complete & indefectibiliter, vt nulla ſit ſiue in credendis ſiue in agendis veritas, quam non ſit illi aliquando reuelaturus, ſpiritus ille ſacer. Propterea dixit, docebit vos omnem veritatem. Is ergo cū ſit in ſe indeficiens, ſemper eſt rectus & certus eccleſiæ cūcta credenda certiſſime reuelat, & ſua reuelatione eccleſiam in omnibus regulat ac gubernat, non illi externam alienamue quāuis regulam applicando, ſed ſeipſo omnia rectificans, quaſi ipſa eccleſiæ regula, ars, & ſapientia, propter quod Paulus ait. Nobis

1.Cor.2. Joann.14 Actu.1 Iohan.16. Pſalm 144. Iaco.1. 2.Cor.1. Sapi 7. Sap.7 Actu.6.

Corin. 2. reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutā
Iohan. 2. tur, etiam profunda dei. Et Iohannes: Vnctio eius docet vos
Corin. 14 de omnibus tam credibilium myſteria reuelans, quam agenda
Domi. 2. Actu. 15 edocens. Proin, ſupplex eccleſia ad patrem precatur, quati-
nus bono illo ſpiritu ſuo deducatur, ne vel errore hallucinetur
aut falſitate circumueniatur, vel vlla vnquam polluatur hære
ſi, imo abſq; macula & ruga perſeueret ſemper, vt exauditus
Pſal. i. & 2 Eph. 5. inueniatur, qui dixit. Ego pro te rogaui vt ne deficiat, ſiue in
Lucæ. 22. credendis ſiue in agendis, fides tua.

¶ Alia eſt, quæ reuelata per ſpiritum ſanctum credenda pro
ponit & explicat, porro hæc creata eſt. Catholicæ videlicet ec
cleſiæ autoritas, quam ſacer ille ſpiritus, tanto firmauit robore
tanta cura, tanta prouidentia gubernat, vt in fide nunquam de
fectura, nullo vnquam in credendis errore caſura, nulla hallu
Luc. 22. cinatione decipienda, nullius cuiuſuis, etiam infernalis poteſta
tis vi ſubuertenda. Eius autoritas tanta eſt, vt quiſquis illius
ſententiam contempſerit, quiſquis illam non audierit, quiſquis
eius dicto haud obedierit, Chriſto iudice, velut ethnicus habē
Matth. 18. dus ſit & publicanus. Nec audiendos arbitror qui verbum hoc
de morum correptione duntaxat, nequaquam autem de credē
1. tim. 1 dorum diffinitione putant accipiendum, credibilia, non eccle-
ſiæ, ſed ſcripturarum decreto, ſtatuenda aſſerentes. At vanilo
qui iſti naſutuli, non intelligentes, ſicut Paulus habet, nec quæ
loquūtur, neq; de quibus affirmāt. Si credibilia ſcripturis, non
eccleſia decernuntur, dicant velim, quis nam ſcripturis eā de-
derit credulitatem, vt canonicę, quibus īdubitata ab omnibus
fidelibus fides debeatur agnoſcātur ſintq; vere illorum quibus
Aug. i epi. cō. Man. c 5 inſcribuntur. An non eccleſia? Ego, diuus inquit Auguſtinus,
euangelio non crederem, niſi me eccleſiæ commoueret autori
tas. Credulitatis itaq; ratio, ſcripturis ex eccleſiæ prouenit, v-
niuerſali autoritate, Sibi, a ſponſo, capiteq; ſuo domino Chriſto
conceſſa dum eam ſub anathemate audiendam præcepit. Fide
lium itaque nemini dubium eſſe debet. Huiuſmodi ſaluatoris
verbum, non ſolum ad morum emendationem, ſed vniuerſali
us ad credendorum videlicet omniumque in fide & vita fide-
lium

-lium neceſſariorum inſinuandum directorium prolatum, & ſi
ex fratris correptione, ſuæ prolationis cauſam acceperit, niſi
forſan, deum optimum, eccleſiæ ſuæ ſponſæ certam in morum
quidem diſpoſitione regulam, ſupremumque iudicatoriũ pro
uidiſſe. At in fidei ac credendorum determinatione, ex qui-
bus præcipua animæ ſalus dependet, eam prorſus incertam,
dubiam, vagam, fluctuantemque reliquiſſe credamus. Abſit
autem hæc a cordibus fidelium ſtulta impiaque cogitatio, tam
æquitati, quam ſcripturæ, quam rationi pugnans, ſed eam di-
uo cum Paulo, veritatis columnam ac firmamentum ingenue Eph.9.
fateamur, cuius autoritate, omnia inter fideles credenda agen i.Timo.4
daque fieri necnon decerni oportet. i.Petr.5.

¶ Dicamus igitur, ſecundũ hanc regulam, primæ coniungen-
tes, & ex his duabus partialibus, vnam perfectam totalemque
conficientes. Infallibilem eccleſiæ regulam eſſe. Senſum &
doctrinam eccleſiæ catholicæ, ſpiritusancto gubernatę, in pro
ponendo & explicando credenda, huius nos diuus Paulus
commonefacit, vbi ait. Veruntamen ad quod peruenimus vt Phil. 3
idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula, illa nimi-
rum, quam inter fidei articulos numeramus, cum dicimus.
Credo ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctitatem eccleſiæ
manifeſte profitemur. At qui poteſt eſſe ſancta, niſi ab omni
contagione & immunditia falſi ſit imunis & libera. Sanctum Leu. 10 Ezech.22
enim nequaquam appellari poteſt, quod labe aliqua conſper- Leuit. 5
gitur. Non eſt autem parua mentis immundicies error, ſeu fal Ec.ii.15,i- Coloſſ. 3
ſitas. Eccleſiam igitur nemo ſanctam credere poterit, niſi qui 2.Theſſ.2
eam credit ſic ab omnibus liberam erroribus, vt etiam errare 1.timo.4 Iaco 5
haud poſſit. Tanto etenim nexu ſecunda primæ, primaque re- 2.Pet.1.
regula ſecundæ cohæret, vt quicunque vni adhæſerit, non poſ Epheſ. 4.
ſit non adhærere alteri, quamob rem Paulus, ſolicitos nos vo-
luit ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Sic ergo, qui-
cunque ſpiritui ſancto tanquam articulorum fidei rerumque
credendarum reuelatori aſſentit, ab eccleſia, reuelata propo-
nente & explicante, diſſentire non poteſt, ſed illam, in

propo

proponendo explicandoque fidei articulos, neutiquam errare
Eph. 1. poſſe, neceſſum eſt credat. Sicut enim ſpiritusſanctus creden-
da, extra eccleſiam nemini reuelat, quem deus pater per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum non extra ſed in eccleſiam
abunde effudit, ſic proponere explicareque reuelata, alteri ne-
[illegible] mini quā eccleſiæ conceſſum eſt. Propter quod apoſtolus Pau
[illegible] lus illam veritatis columnam firmamentumque audacter pro-
[illegible] nunciat. Et ſic hæc vel illa credendi rationem non aliam, quā
ſpiritusſancti reuelationem producimus ita, quod hæc vel illa
in hoc vel in illo ſenſu credantur, cauſam aſſignamus, quia ec-
Iohan. 6 cleſiā ſpiritusſancto gubernata, ſic credenda proponit. Id quod
Ephe. 3 apoſtolus ingenue expreſſit, vbi ait: Secundum reuelationē no-
tum mihi factum eſt ſacramentum abſconditū a ſeculis in deo,
Eph. 3. quod nunc reuelatum apoſtolis eius & prophetis in ſpiritu. Et
ſequitur, vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus in cœleſti-
[illegible] bus, per eccleſiam, multiformis ſapientia dei, &c. Ecce manife
Roma. 12. ſte Paulus dicit, fidei myſteria, per eccleſiam, ſpiritusſancto e-
doctam, apoſtolorum videlicet prædicatione reliquorumque pa
trum ſana doctrina, cæteris innoteſcere. Ea propter, qui catholi
cæ eccleſiæ vel ſenſum vel doctrinam inficiatur, velit, nolit ſpi
ritum quoque ſanctum diffitetur, ac pernegat eſſe veracem eſ
ſe veritatis catholicæ reuelatorem, eſſe gubernatorem ac do-
ctorem eccleſiæ. Quæ cum prorſus impia ſunt, oportet fatea
mur, eccleſiæ regulam eſſe, ſenſum et doctrinā eccleſiæ catholi
cæ, in proponendo et explicando credenda, ſpiritusſancto gu
Gal. 6. bernatę. Hanc regulam quicunque ſecuti fuerint, pax ſuper il
los et miſericordia.

¶ Cum autem ſpiritumſanctum primam et increatam eccle
ſiæ regulā oſtenderimus, nemo ſuperfluere putet eccleſiæ ſen
ſum et doctrinam. Etenim ſacer ille ſpiritus eccleſiæ credenda
reuelat quidem per ſeipſum, at non omnibus, ſed teſtibus præ
ordinatis, nec per ſeipſum omnibus, reuelata proponit, et ex-
plicat, ſed per creaturas, non tamē quaslibet, ſed angelos et ho
mines, ad quos per ſe loqui dignatus eſt, quibus credenda in ec-
cleſia proponenda per ſe reuelauit. Ideo fidem apoſtolus ex au

ditu

ditu verbi dei,per ordinarie miſſos prędicatores propoſiti fa tetur, Eam ob cauſam, præter regulam increatam oportet eti amnum eſſe in eccleſia creatam quoque regulam, qua creden da reuelata omnibus præponantur & explicentur. Sicut namque deus pater præter ſpiritumſanctum inuiſibilem, etiam viſibilem propoſuit nobis doctorem infallibilem, nimirum dilectum filium ſuum, ipſum inquit audite. Sic filius præter eundem ſpiritum inuiſibilem & increatum, nobis etiam creatam, ac viſibilem contradidit inerrabilem magiſtram, in omnibus abſque omni timoris ſcrupo audiendam eccleſiam videlicet catholicam, cuius ſenſum atq; doctrinam qui non recipit, ſtuil tum ſe probat, ſpirituſque ſancti expertem. Hæc eſt igitur eccleſiæ catholicæ fides, hæc firma veritas, hæc ſolida ſententia contra quam nec inferorum portæ præualere poſſunt, Ita credit, ita ſentit, ita docet, ſic omnibus fidelibus ſentiendum tradit, Qui aliam ſectatur viam, aliam regulam quærit, decipitur, hallucinatur, ſeducitur, errat, & in perditionis foueam ſemet cum alijs præcipitat, An non vniuerſi hæretici atque ſchiſmatici, ex huius regulæ contemptu turpiter perierunt? Math.17.

¶Arrius dicit, filius minor eſt patre, creatura eſt, non creator, ſed errat, quia regulam eccleſiæ deſerit.

¶Sabellius dicit, In deo ſicut eſt vnitas naturæ, ſic eſt & vnitas perſonæ, ſed errat, quia regulam eccleſiæ tranſilit.

¶Eutices ait, In Chriſto tantum eſt vna natura ſicut & perſona, ſed errat, quia regulam eccleſiæ contemnit.

¶Theodorus moneſtic⁹ credit in Chriſto perſonarum ſicut & naturarų dualitatem, ſed errat, qa regulam eccleſiæ non audit.

¶Pelagius dicit, liberų arbitrium ad ſalutem ſufficit, ſed errat, quia regulæ eccleſiæ contradicit.

¶Philippus melanchthon confitetur liberum arbitrium nullum in homine, ſed errat, quia a regulę eccleſiæ diſſentit.

¶Carolſtadius poſt Vuycleffum, aſſerit eccleſiaſticas conſtitutiones ligare nemině, ſed errat, qui ab eccleſiæ regula deuiat.

¶Eraſmus roterodamus dubitat, an ſacramentalis confeſſio in eccleſia conſueta ſit de iure diuino, atq; ſalutis neceſſitate, ſed

errat, quia a regula eccleſiæ diſcordat.

¶Zuuynglius cum Oecolampadio, negat in vanerabili ſacramento eucharistiæ, eſſe verum corpus Chriſti, ſed errat vterque, quia contra regulam eccleſiæ Chriſtum blaſphemant.

¶Oecolampadius baptiſmum aquæ fatetur non eſſe de neceſſitate ſalutis, ſed errat, quia a regula eccleſiæ recedit.

¶Baltazarus pacemontanus rebaptizãdos fideles docet, cum ad prouectam venerint ætatem, ſed errat, quia regulæ eccleſiæ pugnantia dogmatizat.

¶Martinus Butzerus ſanctorum imagines, & cultum pariter ac inuocationem docet in eccleſia non toleranda, ſed errat, quia ab eccleſiæ regula variat.

¶Luder Martinus omnia opera bona etiam optime a fidelibus facta docet eſſe peccata mortalia & damnabilia, ſed toto errat cœlo, quia contra eccleſiæ regulam exorbitat.

¶Idem miſſam cum ſacramentis eccleſiaſticis damnat, ſed errat, quia cum eccleſiæ regula haud concordat.

¶Clamant lucifugę ſcripturarij, nihil in eccleſia ſtatuendum, nihil credendum, nihil admittendum niſi ſcripturis doceatur expreſſum, ſed errãt, quia ab eccleſiæ regula deſciſcunt.

¶Et quid iuuat ſingulorum hæreticorum errores inducere? Indeficiens eccleſiæ regula, qua irrabiliter in omnibus dirigitur: ſenſus eſt et doctrina eccleſiæ a ſpiritu ſancto gubernatæ. Ab iſta qui deuiat, a veritate atque veritatis regno deuiat

Ephe.4. (q̃ ſola manet inæternũ, & viuit & obtinet in ſæcula ſæculorum)

Apoc.21. partẽ tamen in ignis ſtagno, cũ oĩbus mendacibus habiturus.

¶Infelices igitur ſcripturarij, qui ſolis ſcripturarum voculis, credendarum rerum principatum tribuunt, conticeſcant, qui ſuo peſtilentiſſimo errore eccleſiam ſcindunt, ſcandala promouent, pacem turbant, & fidem prorſus deſtruũt. Manifeſtum hoc faciamus exemplo. Habet ſcriptura: Vnus interitus eſt hominis & iumentorum & æqua vtriuſque conditio, Sicut mori

Eccl.3. tur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Hæc ſi ad literam ſpectes, ſi literæ ſenſum mordicus teneas, qd te q̃ſo aliud ſuggerunt, quam

quàm homini poſt hanc vitam reſtare nihil, non ſibi credenda ſeu ſperanda vita futura, ī qua boni pmia mali ſupplicia, ſunt recepturi, nullā eſſe communē mortuoꝝ reſurrectionē, non ventuꝝ iudiciū, nullā eſſe vitam æternā, pro ſomnijs habenda, quæ de gehenna traduntur &c. An putas euadat qui dicet ſcripturam alibi ſeſe declarare vbi hominem in nouiſſimo reſurrecturum ppetuoq̧ victuꝝ declarat? Nequaquā: Oportet eñ aut ſcripturam pugnare ſcripturæ, aut ſenſum & doctrinam acceptare eccleſiæ q̄ ſola hunc Gordij nodū diſſecare poteſt. Simile eſt huic: Nemo aſcendit in cœlū niſi filius hominis q eſt in cœlo. Quid hic in litera aliud audio, quā hominū neminē, cœlū vnquā conſcenſuꝝ? Niſi forſan nos a cœlo lapſos, cū Origene fateamur, Quod ſi nemo fideliū cœlum aſcenſurus ſit, oīs fides de ſaluatore perit & redēptore, Et de dei prouidentia qd ſcriptura pronunciabit? Circa cardines īqt cœli pambulat, nec noſtra conſiderat. Nullā itaq̧ deus, iſtoꝝ īferioꝝ habet prouidentiā, id quod & ſanctus Paulus, ſecundum nudam literam, haud īprobare videtur. vbi ait: Nunqd de bobus cura eſt deo? In Hieremia quoq̧ legim⁹; Scio domine q non eſt hoīs via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Ex his verbis, qs non promoueatur ad negandum liberꝝ in hoīe arbitriū, ſi pciſe vocum ſenſum ſequatur? Ab oibus igitur fidelib⁹ ſenſus & doctrina eccleſiæ (quā fidei noſtræ regulam in proponendis & explicandis credendis probauimus) diligenter ac reuerenter amplexanda, & firmiter obſeruanda eſt, ne circūferamur omni vento doctrinæ, in neqtia hominum, in aſtutia, ad circumuentionem erroris. Ab vniuerſis āt Chriſtianoꝝ finibus procul pellendū, ſcripturarioꝝ peſtilentiſſimum dogma, quo nihil putant in eccleſia excipiendum, niſi claris viderint ſcripturis exculptum, tum quod fidem deſtruat, tum quod eccleſiam in varias proſcindat ſectas, eaq̧ īnumeris hæreſib⁹ proſtituat, quā Chriſtus deus verus opti. maxi. vnicam abſq̧ omni ſciſſura necnon falſitatis macula, ppetuo manere voluit, ſuper omnia cum deo patre et ſpiritu ſancto benedictus inæternum. Amen. Auguſtæ. M. D. XXX. ſeptembris. XV.

Ioānis .3.

i. Cor. 9.

Hiere. 10.

ECCLESIAE SCRIPTVRAEQVE COLLA. CAPVT III.

INſuper & hoc problema, vtrius nam potior ſit ad credendum autoritas eccleſiæ an ſcripturæ: hoc eſt, an eccleſiæ vel ſcripturæ magis ſtandū, aut credendum ſit (Gordonijs loris intricatius) plures ſæpiuſcule refricabant nonnullis q ſcripturarum ſonitu, eccleſiæ nunquam obſtrepere ceſſant, ſcripturis herbam, abſque omni ſelectu porrigentibus, reliquis vero ab hac opinione, tanquam minus vera prorſus diſſentientibus, Vtri horum verius ſentiant, tribus (deo duce) ſubſcriptis quaſi macheris nodum ſecantibus obiectum, paradoxis aperiemus.

PRIMVM PARADOXVM.

¶In diuinis ſcripturis certior eſt apud nos veritas quam in eccleſiæ decretis.

Putasne gratioſe dn̄e ꝓpoſite ſchiſmaticoꝝ hęr. ac vniuerſa hęc viperaꝝ genimina, ad hoc plenis armis inſurrectura paradoxū, & quaſi noſtris nos caſſib⁹ teneāt captos,. iamq̃ plena euicerit victoria ſtentorijs vocib⁹ inſultatura, Si maior eſt ſcripturaꝝ quam eccleſiæ veritas, cur vos eccleſiam ſcripturis antefertis: Si certior in ſcripturis quā in eccleſia veritas, quare non cedit eccleſia ſcripturis, ſicut veritati autoritas, ſine qua nec valet autoritas: Si plenior ē apud ſcripturas veritas, quā ob rē ſcripturarū autoritatem propellitis & aduerſum ſcripturas eccleſiæ diffinita, adeo feſtiuiter & tāquā e tripode dicta ſuſcipitis: Si certior in ſcripturis veritas, cur non poti⁹ in ſcripturæ quā eccleſię ſententiā conceditis: Quare nos ſcripturas appellātes tāquā ethnicos abijcitis, nec vllo pacto auditis: An non propria vos ſententia iam dānatos tenemus, Si ſcripturaꝝ veritatem vobis annunciamus, quare non creditis nobis. O inſenſati filij eccleſiæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, En doctiſſime domine prępoſite hi ſunt haꝝ beluaꝝ fremitus, hi lupoꝝ iſtoꝝ impetus, Iſti perfidoꝝ lucifugaꝝ ſcripturarioꝝ congreſſus, q dū hec & his ſimilia de ſcripturis friuole obtrudāt meminiſſe iuuabit; neminē ſibi oportere blādiri, iuxta ſentētiā ſcti Hierony.

ſi de ſcripturarum apiculis videatur affirmare , quod dicit, cũ & diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed intelligendo. Quæ ſi curioſulis iſtis haud ſufficiant, partes noſtras fortiter propugnantem doctiſſimum Tertullianum audiant, in hæc verba, cum noſtram cauſam egregie deſenſantem, tum vniuerſis hæreticis prouocationem ſcripturarum fruſtanee prætendentibus , inutilem & prorſus interdictam, hoc modo diffinientem. Scripturas obtẽdunt hæretici, & hac ſua audacia, ſtatim quoſdam mouent. In ipſo vero congreſſu, firmos quidem fatigant, infirmos capiũt, medios cum ſcrupulo dimittunt. Hunc igitur potiſſimum gradũ obſtruimus, non admittẽdo eos ad vllam de ſcripturis diſputationem, ſi hæc ſunt illę vires eorum, vti ne eas habere poſſint, fides enim noſtra obſequium apoſtolo debet, prohibenti quæſtiones inire, nouis vocibus aures accommodare, hæreticũ poſt vnam correptionem conuenire, non poſt diſputationem. Deinde, quoniam nihil proficit, congreſſio ſcripturarum, niſi plane, vt aut ſtomachi quis ineat verſionem aut cerebri. Iſta hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas, & ſi quas recipit, adiectionibus & detractionib⁹ ad diſputationẽ inſtituti iteruertit. Et ſi recipit, non recipit integras. Et ſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commẽtata conuertit Tantum veritati abſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſolus. Variæ præſumptionis nolunt agnoſcere ea ꝑ quæ reuincuntur: His nituntur quæ ex falſo compoſuerunt, & quæ de ambiguitate ceperunt. Quid promouebis exercitatiſſime ſcripturarum? Cum ſi quid defenderis negetur ex diuerſo. Si quid negaueris, defendatur: Tu qdem nihil perdes , niſi vocẽ ĩ contentione, nihil conſeq̃ris niſi vilẽ de blaſphematione laudẽ. Ergo non ad ſcripturas prouocãdũ eſt, nec in his conſtituẽdũ certamen, qb⁹ aut nulla aut incerta victoria eſt, aut parꝫ certa. Et itẽ, ſi hæretici ſunt, chriſtiani non ſunt. Itaq; non chriſtiani nullũ ius capiũt chriſtianoꝝ literarũ, ad quos merito dicendũ eſt. Qui eſtis? Quãdo & vnde veniſtis. Quid ĩ meo agitis non mei. Quo deniq; Marcion iure ſyluã meã cædis. Qua licentia Act. i valen-

Valẽtine fontes meos tranſuertis? Qua poteſtate Apelles limi
tes meos commoues? Quid hic cæteri ad voluntatem veſtram
ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio (inquit eccleſia catholi-
ca) olim poſſideo. Habeo origines firmas, & ipſis autorib⁹, quo
rum fuit res. Ego ſum hæres apoſtolorum. Sicut cauerunt te-
ſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita
teneo. Vos certe exheredauerunt ſemper, & abdicauerũt, vt
extraneos, vt inimicos, vnde aũt extranei & inimici apoſtolis
hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſqſq; de ſuo ar
bitrio aduerſus apoſtolos aut protulit aut recipit. Illic igitur
& ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt,
vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ: Quibus fuit propoſitum ali-
ter dicendi, neceſſitas inſtituit aliter diſponendi inſtrumenta
doctrinæ, hæc ille.

¶ Quis iam non videt nec vllum hæreticis ius, ſcripturas ad
ſuum vafriſſime detortas inſtitutũ, contra catholicos produce
di relictum, nihilq; aduerſus eccleſiam catholicam ſcripturaꝝ
citatione proſcribere poſſe. Quod ſi illic & ſcripturarum & ex
poſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur
doctrinæ, quis ambiget, cum ſcripturas, tum expoſitiones,
per modernos hæreticos ac ſchiſmaticos eccleſiæ Chriſti obie
ctas, in vniuerſum adulteratas, apud quos tanta eſt varietas, tã
ta contrarietas, tam pertinax doctrinæ pugna, tantaq; deniq;
digladiatio, vt nihil ſit relictum ſpei, ſarciẽdæ concordiæ. Oe-
colampadium excommunicat Lutherus, Lutherum damnat
Carolſtadius, A Carolſtadio uariat Zvuynglius, huic contra-
dicit Baltazarus. Ab illo diſcordat Butzerus, Butzerum de-
turbat Brentius, cum illo peſſime conuenit Lamberti Franci
ſcus. Et quid tandem iuuat has monſtruoſiſſimas, interq; ſe pu-
gnãtiſſimas recenſere beluas. Diſperẽam, ſi commonſtrentur
duo, quorum alter non ab altero, niſi forſan in veritatis & eccle
ſiæ impugnatione, ĩ quam omẽ ſoppido quã pulcherrime con
ſpirant. Imo ſi vnus, qui non ſexcenties euariet a ſeipſo. Si er-
go ſcripturarum & expoſitionũ adulterationẽ nil certius teſta
tur, quã doctrinæ varietas, qs adeo, nullius naſi caprarius eſt, q
non

non olfaciat protinus, tam ſcripturas quã ſcripturarũ ſenſus, ex poſitiones & traditiones, ab hæreticis aduerſus eccleſiam pro ductas aut vnquam producendas, quibus omnia viciant, oĩa viroſo ſibulo intoxicant, oĩa lerneo ſpiramine interturbant, nũ quam non adulteratas. Hoc igitur exploratiſſimũ habẽtes, nul latenus fidefragis & deſertorib⁹ illis transfugis apoſtaticis fi dẽ dabimus, nũquam in illorũ nugaciſſima iurabimus commen ta. Sed omni ſcrupo poſito, in eccleſiæ ſenſum manib⁹, vt dici tur, & pedib⁹ concedemus, certiſſ. arbitrantes, qđ vbi apparue rit eſſe veritas diſciplinæ & fidei chriſtianæ, illic ſit etiam veri tas ſcripturarũ & expoſitionũ, & omniũ traditionũ chriſtianorũ. Nũc itaq; flaccidis cauillis, qbus in calce reſponſuri ſumus, di miſſis, verum oſtendamus propoſitum paradoxum.

PROBATIO PARADOXI.

¶Quam longe relegata ſit a noſtris inuentis certitudo verita tis, & ſcriptura teſtatur & expientia. Sic namq; legimus. Co gitationes mortaliũ timidæ, et icertæ prouidẽtiæ noſtræ. Cor p⁹ eñ qđ corrũpitur aggrauat animam, et deprimit terrena in habitatio ſenſum multa cogitantẽ. At cũ fragili cogitatu, cũ in certa prouidentia, cũ depſſo deniq; ſenſu, q ſtabit certitudo ve ritatis. An non pp hoc, diuino plenus ſpũ Dauid intrepidus ex clamat. Omnis homo mendax. Tñ abeſt ab omni homine veri tatis certitudo, vt etiamnũ ab ipſa veritate, pluſquam dis dia pa ſon diſtet. Quid eñ mẽdatio plus repugnat quam veritas, por ro nihil a mendace verũ dici poteſt, tñ abeſt vt apđ illũ vlla ve ritatis certitudo pſumatur, vnde cũ etiam eccleſiaſticorũ decre torũ autores, homines fuerint et ſint, conſeqns eſt, eos in reb⁹ fidem haud tangentibus et mores, humana nonnũquam paſſos hodieq; pati, nec ĩpoſſibile erit quin alicubi errent alicubi con traria pugnantiaue ſcribant, ordinent, decernant, ſtatuant, non nunquam a ſeipſis diſſentiant, in multis hallucinentur, Nec o mnes oĩa videant. Eius rei gratia Paulus ĩpe in tertiũ vſq; cœlũ raptus, in quo et Chrũs loqtur, ex parte cognoſcit et ex parte prophetat. Videt nunc non intuitiue, ſed p ſpeculũ in ænigma te, et orare ſecundum quod oportet nos neſcire dicit. Nec eua tiat ab hac ſententia ſapientiſſimus Salomon. Intellexi

Sapi. 9.
Pſalm. 115
Eccl. 34
1. Cor. 12 & 13.
Rom. 8.

Eccl.8. (inquit) quod omnium operum dei, nullam poſſit homo inue-
nire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole, & quanto plus labora
uerit ad quærendum tanto minus inueniat, etiamſi dixerit ſapi
ens ſe noſſe, non poterit inuenire. Veritatis itaq; certitudo, ho
minum commentis plurimum deeſt. Hinc in epiſtola ad Dama
Hierony. ſum Hieronymus ait. Nullus homo, excepto eo qui ob noſtrã
ſalutem carnem eſt dignatus induere, plenam habuit ſcientiam
& certiſſimam veritatem, nec dabitur, qui non aliquando dor-
Gene.27 mitarit. Sic Iſaac, deo dilectus patriarcha, quia homo defecit,
cum minorem filium Iacob benedicens, natu crederet maio-
rem. Sic defecit Moyſes, populum Iſrael per ſemetipſum in
terram promiſſam inducendum opinatus, quem tamen ad ter-
Num.ii ram promiſſam minime perduxit. Defecit Samuel propheta,
Num.20 i.Reg.16 quando maximum filiorum Ieſſe videns, regem ſuper Iſrael vn
ii.Reg.7 gendum credebat. Defecit & Nathan propheta, Dauid perſua
Ionæ.3 dens, domum domini ædificare. Defecit item Ionas Niniui-
tis cladem in quadrageſimum diem prænuncians, quæ tamen
deleta eſt. Defecit Helias mala ventura in diebus Achab præ
3.Reg.21 dicens, quæ etiam vſque in obitum Achab ſuſpenſa fuere. De
Eſa.38 fecit et Eſaias in craſtinum Ezechiæ mortem prænuncians quæ
Mach.i, vſque ad annos quindecim prorogata eſt. Defecit inſuper Pe-
Actu.9 Gala.2 trus apoſtolus quãdo dixit ad dominum. Propitius eſto tibi, et
Matth.26, hoc non erit tibi. Item quando a Paulo reprehenſibilis repre-
Marc.14 Lucæ.25 hendebatur, et præcipue dum Chriſtum iureiurando negauit.
Ioann.13 Defecit quoque Saulus, licet in lege doctiſſimus, quando ſpi
rans minarum et cædis in diſcipulos domini, acceſſit ad prin-
cipem ſacerdotum et petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſy
Phil.2 nagogas, vt ſi quos inuenirret, huius viæ viros ac mulieres vin-
ctos perduceret in Hieruſalem. Defecit & Paulus, Philippis
ſe quandoque rediturum arbitratus, id quod ſibi minime con-
ceſſum fuit. Et quid de reliquis dicemus. Si viri tanti, ſancti ſpi
ritus organa effecti ita domino permittẽte a certitudine defe
cerunt, quanto magis a certitudine veritatis defectibiliores re
liqui ſunt, quos nec ſpiritus ille ſacer inuiſit, nec vita commen-
dat, neque doctrina illuſtrat. Certiſſimum eſt ergo veritatis
certitu-

certitudinem, nobis, noſtriſq; inuentis, incertiſſimam eſſe, Id quod & ipſa experientia nunc manifeſtum faciemus.

¶Inter homines quid veritatis certitudini propius excogitari poteſt, quam ipſa ſcientia per demonſtrationem, vt aiunt dialectici, ex primis veris principiis procedentem acquiſita. Et hæc tamen a certitudine plusquã cœlũ a terra diſtat. Vis probemus. Demonſtrationem, inquiunt Ariſtotelis ſectatores, q̃ ſcientiam cauſat, per quidditates, vt vocant, per proprias rerũ differentias, nobis licet occultas & ignotas, perq; fragilia quædam principia, quibus aut propter præcedentem prudentum autoritatem, veluti notis terminis aſſentimur, aut quæ experientia comprobamus per ſenſus, fieri neceſſum eſt. Quis vero niſi vel trunco ſtupidior, vel talpa cæcior, non videt tam fragilibus, tam incertis & a nobis abſconditis, nihil certitudinis adeſſe poſſe? Quod ſi vel nulla vel minima veritatis certitudo in principiis demonſtrationis nobis cognitis inuenitur, quanta putas erit in ipſa demonſtratione, quanta deniq; in ſcientia per demonſtrationem acquirenda? Hinc manifeſtarium apparet, quam ſint incertæ veritates vniuerſæ humanæ ſcientiæ & diſciplinæ, quam ſint ambiguæ, quã fallaces quam icertæ, quam plenæ nonnullæ periculo, vt quantum ex ipſis eſt, ne dum non ſcire, imo neſcire cogamur, vbi nam certiſſima quieſcat veritas id quod in vnica ſua, de ſcientiarum incertitudine, declamatione vnde & iſta deſumpſi, Henricus Cornelius Netteſhemus, qualia qualia ſcribat alias, miro probat ingenio.

¶Porro quod de ſcientiis, idem etiamnum, de ſtatutis decretiſue humanis, ſiue eccleſiaſticis, ſiue ciuilibus ſentiendum, modo extra ſidei negocium ſint arbitramur, hæc enim ipſis ex quibus enaſcuntur, autoribus hominibus, certiora eſſe neutiquam poſſunt. Quod ſi quis de eccleſiaſticis, nã ciuilia ipſa ſua inconſtantia & variabilitate, incertiſſima ſeſe teſtantur, ſub dubium reuocet, perſpicuum illi fiet, modo ſuarũ originũ (nimirũ conciliorũ non tamen legittimorũ ac verorũ) ex qbus profluunt, incertitudinẽ aduertat. An & de ipſis talib⁹ conciliis ambigitis? Defecit nec mirũ conciliũ Epheſinũ ſecundũ. A beatiſſimo papa

Leone anamathizatũ, qđ dioſcoro conſentiẽs Euthicetis, Vnã in Chriſto naturã et volũtatẽ, dogmatizantis errorẽ approbauerat, cuius condẽnationi Synodus Calcidoneſis ſubſcripſit

¶ Defecit conciliũ Conſtantinopolitanũ trecentoꝝ triginta epoꝝ, adorationẽ imaginũ Chriſti et Sanctoꝝ dãnãs, qđ ſeq̃ns conciliũ Romanũ reprobauit, ſacras iconas adorãdas diffiniẽs.

Vin. i ſpe hiſt. li. 24 c. 58. & 174

¶ Defecit etiam Aqlegienſe concilium, fidem in Conſtantinopolitano, concilio catholico, traditam ſuſcipere recuſans, cui ſe papa Sergius oppoſuit, & eiuſdem errorem damnauit.

¶ Defecerunt etiã concilia Aqsgranẽ. ſimul & Parien. raptã non poſſe raptori matrimonialiter copulari, determinãtia, qui

Vin. lib. 16 & c. 21

bꝰ b. Hierony. ſe oppoſuit, & contra ãbo p̃ualuit, nã eius ſniam eccleſia in Meldenſi cõcilio receptauit, cõtra ambo p̃dicta concilia determinans, vt habetur. xxxij. q. ij. c. placuit, & ſequẽtibꝰ

¶ Defecit deniq̃ conciliũ Ariminen. numeroſiſſ. nimiꝝ. ccc ccccc xxx. epiſcopoꝝ, q concluſerũt Chriſtũ non homouſion. i. conſubſtantialẽ patri, ſed homuſion. i. ſimilem patri debere dici, volẽtes p hoc Chriſti diuinitatem negare, ſed damnatur, di. xv. ca. Iã nũc. v. qbꝰ & pauca. Sed qđ moror? Certe niſi me puſilloꝝ ſcandalũ abſterreret, quamplura alia q ſuo ſenſu conuenerant defeciſſe facile cõmonſtrarem. Qđ ſi tot tantiq̃ viri, tam vita clari, quam doctrina vt putabatur p̃cellentes, defeciſſe dep̃henduntur, reliq̃s, tam moribꝰ, quam ſcientia inferioribus, q̃ veritatis certitudo p̃ſumetur adeſſe? Quid de plurimis ſummoꝝ pontificum, ſimul & Cæſaꝝ decretis, ipſe etiam Protheo mutabilioribus, & artemone verſatilioribus dicemus, q̃ toties oportet, mutentur, varientur, diſpenſentur, alterentur, tandẽ etiam abrogentur, aliaq̃ ſubſtituantur, quoties vel hoĩm vel tempoꝝ id ratio expoſcit, huiuſmodi nonne ſatis teſtantur, humanis ſiue prouidendis ſiue diſciplinis, vel nullam vel minimam veritatis adeſſe certitudinem.

¶ Nec iſta ſcribo, quo legittimis eccleſiæ generalibꝰ plenarijs ſacroſctis concilijs detraham, aut fidem reſcindam, q̃ nũquam diuinæ gratiæ ſuffitu deſtituta, ſemp vera, ſemp certiſſ. ſemp infallibilia prorſus agnoſcimus, quemadmodũ ſummoꝝ eccle. pontificũ, & oĩm ſublimioꝝ poteſtatũ, veneranda, cũ apoſt. Pau

lo, modo religioni haud repugnent religioſe ſuſpicimus decreta, a nemine ſub damnationis interminatione contĕnenda. Sed quo rerum humanarum ſibi derelictarum inſtabilitatem ac oĩmodam commonſtremus incertitudinem, nullamq́ de ſub cœlo vel diſcipl. vel eccl. eſſe, q̃ ſibi derelicta et a ſpũ de plena veritatis certitudine gloriari poſſit. Solis hoc diuinis (quæ canonicæ appellantur) reſeruatum eſt ſcripturis, præuilegium eſt catholicarum ſeu diuinarum ſcripturarum omnimodam habere veritatis certitudinem alteri non dabitur, id quod iam oſtendemus

¶Canonicas ſcripturas ſupponimus, non legis doctorum eſſe placita, non huius mundi ſapientũ excogitata commenta, non quarũlibet ſectarum decreta, non cuiuſuis hoĩs opa, ſed diuina q̃dã oracula, ſibiinuicẽ miro modo conſonantia, ĩ vniuerſali eccl. vnanimi, ac ſtabili conſenſu, recepta, miraculis, prodigijs, portentis, & omnimoda ſanctitate, vitæq́ diſcrimine, ac ipſo effuſi ſanguinis teſtimonio probata, non denique humana voluntate allata, ſed ab ipſo. ſſ. a ſpũ veritatis, ab ipſa veritate prognata, tanto cunctis hominum commentis certitudine veritatis ſupiora, quanto deus ipſe glorioſus hominib⁹ eſt ſublimior & veracior, q ſolus fontem veritatis continet, imo q ſolus verax, imo ipſiſſ. veritas eſt. Harum ſcripturarum tanta eſt maieſtas, vt qcquid pronunciauerint, non poſſit non eſſe verum, ſed abſq́ omni ambiguitate ſuſcipitur, firmiſſ. creditur, & ſine vlla retractione verũ ſctĩmq́ ſeruatur. De his b. Aug. ad ſctĩm Hierony. ſic ſcribit Ego ſolis eis ſcripturarum lib. qui iam canon. appellantur, didici hũc timorẽ honorẽq́ referre, vt nullũ eorum autorem ſcribendo erraſſe audeã credere, aut ſi aliqd in eis offẽdero qd videatur contrariũ veritati, nihil aliud exiſtimẽ, quã mẽdoſum eẽ codicẽ, vel non eẽ aſſecutũ ĩterp̃tẽ, qd dictũ eſt vel me minime intellexiſſe non ambigã. Alios aũt ita lego vt quãtalibet ſctãte quiue doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerint, ſed quia mihi p alios autores vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorret, perſuadere potuerunt hæc ille. Ad has tanquam veritate certiſſimas, Chriſtus dominus, legiſperitum de vita æterna conſequenda re[illegible]

2.Petr.1

Ioann. 8

Diſt. 9. c. ego

cunctantem, fiducialiter dirigit, ad illas nutantes olim de ſe Iudæos remittit, præcipiens vt ſcrutentur ſcripturas. Ad illas ex
Ioh.5.7.8 Iudaiſmo quondam conuerſi fideles refugiūt, ſcripturas quotidie ſcrutantes, ſi hęc q̃ ab apoſtolis euangelizabantur ita ſe haberent, inſup & phariſæi ad has, tanquam nullafalſitate ſuſpe
Act.17 ctas, ſed de veritate certiſſimas, venerandū ac vere religioſum
Iohan.7 principem Nicodemū demittūt, in qb. certiorem de Meſſię ad
Luc.16 uentu conſpecturus eſſet veritatem. Nonne & diues ille epulo, in Tantali horto, apd īferos ſepultus dū in tormētorũ teſtem pro fratrib⁹ ſuis, ne & ipſi ſupplicijs īfernalibus deputarentur, Lazarũ expoſtularet, ad ſcripturas, tanquam ipſa etiam reſuſcitatorũ mortuorũ relatione, credibiliores, ab Abrahamo dirigitur. Om̃es iſti, niſi veritatē ī ſcripturis certiorem cognouiſſent non aliter incertos, ad ſcripturas, quam q bouem, vt dicitur, ad ceroma mittit, deſtinaſſent. Hinc apoſt. ad conteſtandam hanc ſcripturarũ certitudinem infallibilem, earũ ſcripturarũ doctri-
i.Corin.2. nam Spūs doctrinam, ac diuino ſpū inſpiratam, & affectam ap-
2.Timo.3 pellat, quam oportet in veritate certiſſimam eſſe. Spūs namq;
Hiere.10. Prou.8 veritatis, nihil niſi certiſſ. verū ſuggere poteſt, dicit eīn. Iuſti
2.timo.4. 1.tim.4.6. ſunt om̃es ſermones mei, non eſt ī eis prauū qdneq; puerſum. Nominat etiamnū eandem doctrinam, ſanam, qa nullis erroribus īfectam. Doctrinam bonam, qa nullius veritatis ambiguitatem in ſe habentem. Doctrinam pietatis, qa fidei veritatem,
Titum.2 abſq; omni mendacio docentē. Doctrinam ſaluatoris, qa rectā Chriſti veri dei agnitionem certiſſ. aſſerentem. Qđ ſi vel minimū īcertitudinis ſuſpicionem haberet; quō ſacra, quō bona, quō pietatis, ſaluatoris, ac ſpūs doctrina diceretur: q̃ ſuo, ſiue lectori ſiue auditori nec pietatem, nec ſalutem, neq; veritatem certius afferret, ſed ſemp tremulum, ſemper anxium, ſemper de veritate dubium relinqueret? Certiſſima proinde veri-
Iohan.5. tate ſtabilita ſit neceſſum eſt. Propterea quod de eiuſmodi ſcripturis veritas ait. Hæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. At qui veritati teſtimonium perhiberent, ſi incerta illis ineſſet veritas? Et vnde, te quæſo, tam plurima nobis alioqui prorſus incredibilia, ſcripturarum au-

toritate

toritate producta, Vnde inquam a nobis tanta fide ſuſpiciuntur, tanta credulitate acceptantur, tam mordicus veriſſima tenentur, vt etiam pro illorum indubia veritate, ne dum ſanguinem profundere, Imo & vitam ipſam intrepide ponere velimus, ſi certior in ſcripturis non crederetur veritas: Quid igitur amplius fluctuamus? Certior eſt apud nos veritas in diuinis ſcripturis, quam in quibuſuis hominum inuentis aut commentis. Dico apud nos, quia veritatis certitudo ſecundum ſe, in eccceſia catholica haud minor eſt quam in ſcriptura canonica. Vnum enim vtraque ſpiritum ſibi ſemper præſentiſſimum habet, nimirum ſpiritum veritatis, q ſicut a ſcriptura omnem incertitudinis ambiguitatem, omnemque falſitatis ſcrupum abigit, Sic ab eccleſia omnem prorſus errorem depellit, vt indubitabilis in vtraque veritas ſecundum ſe, abſque vlla formidine infallibiliter habeatur. Quia tamen in canonicis ſcripturis certior nobis offertur veritas, pro eo quod illas ſcimus neceſſario veras, & impoſſibile veras non eſſe, nulla etenim humana volūtate, ſed ſoli⁹ ſanctiſpiritus autoritate atq; inſpiratione allatas agnoſcimus, q ſcriptor illarum & autor eſt, non homo, qui calamus duntaxat ſcribæ eius, qui velociter ſcribit, non etiam ſcriba nuncupatur. Eccleſiæ vero & quorumuis hominum decreta, a voluntate humana de ſe errabili, immediate enaſcuntur, cui etiam quam ſæpiuſcule non adſit ſpiritus ille ſacer ſuperiora commonſtrant. Ideo certiorem apud nos in ſcripturis diuinis eſſe veritatem profitemur. Hæc pauca iam ſufficiant. Nec enim comitiorum negocia, neque mala corpuſculi mei valetudo plura de his ſcribere ſinit. Obiectos a principio caſſes, amodo deſecemus.

Ioan. 14. 2. Petri. 1. 2. Timo. 3 Pſal. 44.

AD PRIMVM.

¶Cum obijciūt, Si maior eſt ſcripturæ quam eccleſiæ veritas, cur inquiunt, ſcripturis eccleſiam antefertis?

RESPONDEMVS.

¶Primo, Maiorem in ſcripturis, quam in eccleſia veritatem eſſe, prorſus inficias imus, nec hoc diximus, Nimirum quibus idem eſt ſpiritus & vna veritas, Cum hoc tamen ingenue fate

temur, in ſcripturis canonicis maiorem nobis quantum ad nos attinet, veritatis certitudinem (quam aut in eccleſiæ decretis, aut in illis qui eccleſiam rep̄ſentare creduntur) relictam, tum quia ſcripturas illas a ſpiritu ſancto, non vllo ab homine certius certo ſcimus editas, Nequaquam vero ſic de quibuſlibet eccleſiaſticis decretis ſentimus, tum quia ſpiritus ille ſacer immediatus & principalis eſt diuinarum ſcripturarum autor, q bus nunquā deeſſe poteſt. A repræſentantibus autem eccleſiam & illorum ſtatutis quam ſæpiuſcule abſuerint ſuperiora teſtantur. Proin in veritate perpetuo manent canonicæ ſcripturæ, non ſic eccleſiæ ſtatuta, In ſcripturis diuinis nullum mendacium, nullus error inuentus eſt, nullus vnquam inueniri poterit, non ſic de eccleſiaſticis quibuſuis decretis. Dein eccleſiam canonicis ſcripturis, haud vndequaque, ſed quantum ad iudicij autoritatem ac credibilium propoſitionem præferim⁹ id quod ſequenti commonſtrabimus paradoxo, Scripturas āt eccleſiæ anteferim⁹, quantum ad certitudinem veritatis quo ad nos, hoc eſt, Certius nobis eſt, ſcripturas eſſe pleniſſime & infallibiliter veras, quam quæ extra fidei negotium per eccleſiam definita leguntur, præcipue vbi quid extra ſcripturas, nec ad fidem, nec ad vniuerſalem eccleſiam pertinens decernitur, Nam de huiuſomdi paradoxum noſtrum & q̄ præmiſimus intelligi volumus.

AD SECVNDVM.

¶Cum dicunt, Si ergo certior eſt in ſcripturis quam in eccleſia veritas, quam ob rem non cedit ſcripturis eccleſia, ſicut veritati autoritas, ſine qua nec valet autoritas.

RESPONDEMVS.

¶Eccleſia cedit ſcripturis, non propter illarum ad eccleſiam incompoſſibilitatem, ſicut argumentum prætendit, nec ideo, vt, quicquid ſcripturis obtruditur, ſtatim ad hoc eccleſia cogatur, Alioqui infinitis hæreticorꝫ ſcateret erroribus, quorꝫ plures multis veris probabiliores per ſcripturæ literam apparent, id quod Eluidij hęreſis maniteſte probat, ſed propter certiorem in eis quantum ad nos attinet veritatem. Ingenue ſiquidem

qdem eccleſia fatetur, certiorem eſſe quantum ad nos in ſcripturis veritatẽ, & inde mox conſequitur, quod abſque omni ſcrupo ac contradictione, verũ conceditur qcqd in autenticis ſcripturis vere probatur contentum aut fundatũ, non ãt qcqd ab eccleſiaſtici; prælatis auditur pronunciatum. Porro veritati ſemper cedere debet autoritas, vbi ſine veritate eſt autoritas. At fidelium nemo eccleſiæ autoritatem abſque ſcripturarum autoritate fatebitur, ideo non oportet, vel ſcripturã eccleſiæ, vel eccleſiam ſcripturæ cedere, ſed inter illa ſumma manet in charitate ac fide Chriſti concordia, nihil in eccleſia legittimum ſcripturis pugnans inuenitur, nec in ſcripturis quod ſit aduerſum eccleſiæ, propter quod neutrum alteri tanquam contrarium contrario, aut veritati mendacium, cedere neceſſum eſt, ſed fulcit eccleſiam ſcriptura, & ſcripturam approbat eccleſia.

AD TERTIVM.

¶Cur autem ſcripturas repellitis, ſi certior in eis eſt veritas.

RESPONDEMVS.

¶Scripturam recte ac catholice intellectam, nequaquam repellimus, Omnem tamen ſcripturam ab hæreticis & ſchiſmaticis, eccleſiæ deſertoribus (contra ſenſum quem ſcripturæ dederit eccleſia) productam, merito ſuſpectam habentes, prorſus abijcimus, non ob ſcripturæ infirmitatem, ſed illorum vafriciem, qui vel raro vel numquam non ignem alienum ſcripturæ ſupponunt, nec alias recipiunt ſcripturas, niſi quas aut detractionibus, aut additionibus ad ſui diſpoſitionem inſtituti interuerterint, aut doloſis commentis extra veram intelligentiam verſatili ingenio traxerint. Et quia tantum obſtrepit veritati adulter ſenſus (ſecundum Tertullianum) quantum & corruptor ſtilus, ſcripturam a deſertoribus eccleſię productam haud oportet eueſtigio admittere, ſed eccleſiæ calculo primũ probari & ſic vel recte intellectam admitti, vel adulteratam proijci. De hoc diuus Hilarius in hũc modũ ſcribit: Videntur hæretici ſibi de ſingulis quæ aſſerunt præſtare rationem, quia Hila.li.4. de tri.

quia ſingulis aſſertionibus ſuis, quædam ex diuinis voluminibus teſtimonia ſubdiderunt, quo corrupto intelligentiæ ſenſu, ſolis tantum ignorantibus blandiātur, ſpecie veritatis ſecundum prauitatem interpretantium præſtituta. Subſcribit & venerandus Origenes in hęc verba: Scripturæ hæretici alienum ignem imponentes, hoc eſt, ſenſum & intelligentiam alienam a deo, & veritati contrariam, introducentes incenſum domino, non ſuaue, ſed execrabile offerunt. Et ideo forma eccleſiarum ſacerdotibus datur, vt ſi quando tale aliquid fuerit exortum, ea quidem quæ a veritate aliena ſunt, ab eccleſia dei penitus abſtrudantur &c.

AD QVARTVM.

¶ Qærunt a nobis catholicis, quam ob rem non potius in ſcripturæ quam eccleſiæ ſententiam concedimus.

RESPONDEMVS.

¶ Quæſtio propoſita, ex falſo noſtræ aſſertionis intellectu procedit. Nam (vt præmiſimus) a ſcripturis recte intellectis, nullatenus diſſentit eccleſia catholica neq; variat ab eccleſia ſcriptura, ſed concordi ſpiritu & fide, prorſus eadem continent ſentiunt, & docēt. Ideoque neutiquam potius in ſcripturæ ſententiam imus, quorum perpetuo vna eſt ſententia. Quicquid enim ſentit eccleſia, ſentit & ſcriptura, & econtra, ea propter magna laborant aduerſarij acriſia, nobis minus recte imponentes, nimirum quod Eccleſiam audientes, in aliquam ſcripturis contrariam ſententiam, aut a qua ſcriptura quouis modo vari et catholice intellecta concedamus, id quod longe ſecus habet.

AD QVINTVM.

¶ Interrogāt quare illos prouocantes ad ſcripturas non accipimus, eiſque ſcripturas allegantibus haud credimus.

RESPONDEMVS.

¶ Ideo hoc fieri, non quod fidem ſcripturis minime habeam' vt minorem veritatis certitudinem in illis ſuſpicemur, Sed quod veritatis deſertores, aut non ſuſcipiunt ſcripturas, aut quas ſuſcipiunt, ſuis technis interuertunt, vel adulterantes extra rectam & catholicam intelligentiam trahunt. Porro qa nequa-

nequaquam alienorum, ſed Chriſti duntaxat & ſponſæ eius ecclesiæ, vocem perpetuo audimus, eos qui alieni ſunt (nimirum ſcripturarum corruptores) merito non ſuſcipimus eo quod ſanam doctrinã in eccleſiam haud afferũt. Non itaq; nos, quin potius vos, o ter miſeri ſcripturarij, vos inquam eccleſiæ catholicæ deſertores inſenſati eſtis, ipſoque inſaniores Oreſte, An non inſania eſt, eccleſiam contemnere, ac nihilo ſecius in Chriſto ſeſe viuere credere? In Chriſto viuere non poteſtis, niſi vos illi⁹ eccleſiæ ſubdatis, Si dubitatis, Chriſtus caput eſt, eccleſia corpus, niſi Paulus in quo Chriſtus loquitur, inuerecunde mentiatur, Iam caput ſine corpore, & rurſum corpus ſine capite, quomodo conſtabunt? Erratis igitur ſi in Chriſto vos manere putatis, contempta eccleſia, Et rurſum, ſi in eccleſia, contempto Chriſto. Siquidem tanta horum eſt vnitas, tã nervoſa compaginatio, vt non corpus ſolum vnum, ſed & vnus ſit ſpiritus. Hinc poſt apoſtolum Paulum cum beatiſſimo martyre Cypriano profitemur, cum Chriſto non poſſe eſſe, qui cum ſponſa Chriſti, atque in eius eccleſia non eſt, In eccleſia, non extra eccleſiam, Chriſtus eſt, hæc ille. Nobiſcum itaque, non vobiſcum Chriſtus eſt, At vbi Chriſtus an non ibi via, veritas, & vita? Si nobiſcum via, cur iſtac non inceditis? Si nobiſcum veritas, certe vt mundus inſaniat, vt abuſio nihil non conſpurcet, Non poteſt errare veritas, non poteſt non eſſe veriſſimum, quod hactenus ſenſit & credidit eccleſia, Cur illã ergo non auditis? Si nobiſcũ vita, qua fronte nos reiecta vita, ſub vexillis mortis, ac ſtipendio gehennæ, quemadmodũ vos militaremus? Abite igitur inſenſati ſcripturarij, ſtulti & ad credendum tardi corde, abite cæca pectora filij tenebrarum, mentes Cymerijs vmbris atriores, & eccleſiæ fruſtra obſtrepere, vel veſtro quoque malo, aliquando ceſſate.

Roma. 12. 1. Cor. 12. Ephe. 1. & 2. Cor. 2. Ephe. 4. Cyprianus li. 2. ex epi. 8. Ioan. 14.

PARADOXVM SECVNDVM.

¶ Tanta eſt eccleſiæ catholicæ maieſtas, vt in iudicando de

pertinentibus ad fidem, maior ſit illius, quam ſacræ ſcripturæ autoritas.

PROBATIO.

¶ Erit & hoc, candido cuiuis lectori perſpicuum, modo ſupremum in chriſtiana religione iudicatoriū eccleſiam agnoſcat. Vtile ſiqdem noſtræ religioni, imo valde neceſſarium arbitramur vbi de ſcripturis, aut de veritate quauis ad fidem pertinēte controuerſia ſuboritur, vt ab aliquo īfallibili iudice, lis ea dirimatur, Nec enim poterit noſtra conditio deterior eſſe, quam fuerat olim ſynagogæ, cum hanc Chriſtus ſuſceperit,

Eſa.1. Illam autem (iuxta Eſaiæ vaticinium) repudiauerit. Porro ſynagogæ Moyſes prouidit, vt quoties nata fuiſſet inter iudices controuerſia, ſuper ambiguitate ſanguinis, cauſæ aut lepræ, mox negocium ad locum quem elegerit dominus ad ſacerdotes leuitici generis, & ad ſupremum inter eos iudicem deferretur, cuius iuditio penitus eſſet ſtandum. Sic enim in

Deu.17. Deuteronomio ſcribitur: Si difficile & ambiguum apud te iu cium eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, leprā & non leprā, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcēde ad locū quē elegerit dominus deus tuus, venieſque ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, Et facies quodcunque dixerint qui præſunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, Sic Moyſes ſynagogæ prouidit, vt in cunctis dubijs negocijs infallibilem ſemper haberet præſentem iudicem, per quem ſibi veritas iudicaretur, Et CHRISTVS religioni noſtræ, eccleſiæ ſuæ, (pro qua & proprium fudit ſanguinem) nullam ad controuerſias dirimendas, quas tamen innumeras præſciuit orituras, dereliquit iudicem? Eſt itaque & in noſtra religione, nemini dubium, ſuprema aliqua poteſtas iudiciaria, ad omnem controuerſiam, ſiue quæ de ſcripturis, ſi-

ris ſiue q̃ de virtute quauis alia, ad fidẽ catholicam ſpectante naſcitur, diſſoluendam & penitus reſcindendam ſufficiens. Is autem iudex non quilibet indifferenter homo poteſt eſſe pro eo quod omnis homo mendax, ſed nec ſcriptura ſacra quemadmodum nec apud Iudæos lex ipſa iudex erat, & maxime cum de verbis legis ageretur, tum etiam quod hodie nulla durior, nulla ſangumolentior, nulla pertinacior eſt contentio, quam de ſcripturarum intelligentia, catholicis illam, ſicut par eſt, ad eccleſiæ & patrum orthodoxorum ſententiam, Hęreticis vero necnon ſchiſmaticis, ad ſui proprij ſenſus commentationem, plus quam mordicus trahentibus. Quem ergo iudicem habebimus infallibilem? Eccleſiam vtique catholicam, hæc enim eſt ad quám dominus remittit, cum nobis locum, quem elegerit ipſe pro dirimendis controuerſijs adeundum præſcribit, ac iudices in eo quorum ſententiæ tutius ſit ſtandum decernit, vt ex loci ſelectu, ab vniuerſis hæreticorum conuenticulis reuocaret, ex leuiticorum ſacerdotum deſignatione, A populari, cui hæretici cum primis ſtandum arbitrantur, ſtulto inconſtantiq; iudicio deterreret, ex iudicis ſuperioris propoſitione, quis præcipue hoc in loco audiendus ſubindicaret, nimirum CHRISTI IESV vicarius, Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, diuo Cypriano ad Cornelium pontificem teſte, aut nata ſunt ſchiſmata, quã inde, quod ſacerdoti dei non obtemperatur, nec vnus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice CHRISTI cogitatur, cui ſi ſecundũ magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iuditium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem ſe non epiſcopi, ſed dei faceret, nemo diſſidio vnitatis, CHRISTI eccleſiam ſcinderet, nemo ſibiplacens ac tumens, ſeorſum foris nouam hæreſim conderet, hæc ille. ¶Sicut ergo durante ſynagoga, pro ſubmonendis legis diſſidijs & cauendis ſchiſmatibus

Eccleſia infallibilis.

Cypria.

matibus, deo iubente, itum eſt ad ad locum quem elegit dominus, itum eſt ad ſacerdotes leuitici generis, itum eſt ad iudicem illius temporis, ſic vt figuræ reſpondeat veritas, nobis chriſtifidelibus adeũdus eſt locus quem elegit deus, de quo p

Eſai.60 Iſaiã ait: Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul ad orandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Quis eſt iſte locus, niſi de quo Pſal

Pſal.60 miſta: Deus in loco ſancto ſuo, deus qui inhabitare facit vnanimes in domo, hoc eſt eccleſia, hæc enim locus eſt a domino IESV mirifice glorificatus, primo quidem, vt ſit locus ſanctificationis ſuæ, apud quam ſolam ſanctitas acquiritur, extra

Eph.5. quam nemo ſanctificatur, ſemper ſancta & immaculata in fide perſeuerans, Dein vt ſit in religione chriſtiana ſupremum

1.Timo.3 iudicatorium, firmamentum ſtabile, & immobilis columna veritatis, tãdem vt eſſet locus, in quo nobis de vniuerſa fide veritas ac iudicium infallibiliter recte iudicaretur.

¶ Ad hanc itaque chriſtianis (ſicut olim Iudæis ad Moſeos cathedrã) pro dirimendis quibuſlibet controuerſijs fugiendum eſt, quæ dubijs in fidei rebus, nunquam non erit adiuta diuinitus vt certam nobis depromat veritatem, niſi falſa ſit veritatis promiſſio dicentis: Portæ inferi, id eſt heretici vel ſchiſ

Math.16. Math.18. Ioãnis.14 matici, non præualebunt aduerſus eam, aut illam dominus Ieſus fruſtra præceperit tanquam ſupremum iudicem audiendam, aut certe ſpiritumſanctum ei fallaciter promiſerit perpetuo affuturum, ſemperque præſentem ſynceræ veritatis cuſtodem, ac illam omnem edocturum veritatem. Ad illam ſicut ad fidei noſtræ tutiſſimam ancoram, maiores noſtri, tam doctrina quam vitæ ſanctimonia ſpectatiſſimi, confugerunt, Ad hanc a patribus noſtris itum eſt in quibuſuis fidei ambiguis negocijs, nunquam ab illis ad ſolam ſcripturarum nudam literam, cereo quod dicitur, naſo hæreticis flexibiliorem itum eſt, neutiquam ad plebæos, nullatenus ad quoſuis peſtilentiſſimos hæreticos, non ad Arrianos, non ad Donatiſtas, non ad Pelagianos, non ad Bohemos, non ad Saxones, non ad Heſ

ad Pe

ſos,non ad Vvicleffum aut Huſſum ,non ad Vvangionum no ctuam aut Laucium,non ad Lutherum aut Butzerum,non ad Oecolampadium aut Carolſtadium,non ad Zvuynglium,aut Brentium,non ad Ottonem Brunsfeldium, aut Franciſcum Lambertum,non deniq; ad quemlibet ſchiſmaticū, ſed itum eſt ad Chriſtum,itum eſt ad ſupremum Chriſti vicarium,itum eſt ad ſolidam P E T R I cathedram , itum eſt denique ad locum quem elegit dominus,nimirum ad ipſam eccleſiam, & in ea ſemper auditus omnipotentis dei vicarius. Extra illam neminē tuto imitabimur. Nam vbiq; errores, vbiq; ſcrupi, vndiq; lacunæ putres, circumquaq; inconſtātia,circumquaq; meraciſſima cauillatio. Sola eccleſia catholica eſt, quam nullus error maculabit, nulla falſitatis ruga deformabit, quam nulla peruerſa doctrina ſubuertet, ſed manet in ea perpetuo conſtans tutiſſimaq; veritas, quæ ſola, tanto gloriatur apoſtolico teſtimonio, quod firmamentum ſit & columna veritatis, necnon Chriſti voce de omi veritate aſſecuratur tuta, nulli vnquā perfidiæ ſubijcienda. His teſtatū ſit, eſſe præſtantiorem eccleſiæ, quā ſcripturarum autoritatem, in iudicando de ad fidem pertinentibus, ſuper quarum ſcripturarum retentione ac fide, iam nūc eccleſiæ diſpiciamus autoritatem. Act. 15. 1. timo. 3. Matth. 16.

¶Nemo eſt q ſcripturā adeo mutā neſciat, vt ſeipſam, vel indicare, vel iudicare ſeu diffinire canonicā nequaquā poſſit, ab alio (ſicut lumē ſuū luna) neceſſe eſt id munus expectet, & tali, cui & tutiſſima aſſit veritas, & iudicaria poteſtas pleniſſima. Hæc autem poſt deum, quid aliud, quam ſponſa ſua, catholica eccleſia, pro qua dominus Chriſtus ſeipſum tradidit, vt illam ſanctificaret, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Hæc eſt ergo quæ ſcripturæ tribuit, apud nos, quibus de us per ſe non loquitur, autoritatem, diffiniens eam catholicam, & abſq; omni dubio canonicam eſſe, credi & reputari, quam ipſa declarat, decernit, diffinitq; canonicam. Ob hoc beatus Auguſtinus. Ego, inquit, euangelio nōn crederē, niſi me catholicę Eph. 5 Au. cō ep. Manic. c. 5.

eccleſiæ commoueret autoritas. Et iterum: Si quis aliquas ſcri
Iſt in ſer. pturas, præter eas quas catholica eccleſia recepit, vel autorita
.de dñi. tem habendas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus anathema ſit. Hinc quoties quis fidem alteri facturus, in Matthæum aut Marcum, dicta ſua reijcit, mox ſacris illis autoribus, vt dignũ eſt, defertur, & quæ ab illis ſcripta referuntur, non aliter, quã de tripode prolata, accipiuntur. At vnde quæſo, certum eſt Matthæi aut Marci euangelium eſſe, quod ſecũdum Matthæum Marcumve inſcribitur? Nuſquam enim Matthæus pollicetur ſe ſcripturum euangelium, id quod Lucas ſui euangelij proœmio ſeſe facturum ſcribit, nec vſpiam in diuinis ſcripturis oſtendes aliquid ſacrarum rerum conſcripſiſſe Marcum, quale aliquid ſe feciſſe Iohannes teſtatur, hanc in euangelio ſuo coronidem adijciens, hic eſt diſcipulus ille qui ſcripſit hæc, vnde ergo illis ſua fides, niſi ab eccleſia, quæ ſingulis euangelijs, ſuos quos nunc videmus titulos præfixit, quo fide forent digna? Iam denique receptum eſt, quattuor eſſe euangelia, neque his plura neque pauciora. Primum rogo, qua autoritate? Dein Cũ pluris ſit teſtis vnus oculatus (vt eſt apud Plautum) quam decẽ auriti, cur non Thomæ potius, Thadæi, Andreæ, Bartholomei, atque item aliorum euangelia ſunt recepta, quos ex choro duodecim fuiſſe conſtat, adeoque Chriſtum in carne vidiſſe, & quod Lucas ait miniſtros fuiſſe ſermonis. Atq Marcum in eorum albo non fuiſſe ſpectatorem ac teſtem operum Chriſti, ſed audita magis ab alijs, certiſſimæ tamen fidei viris quam a ſe viſa de ſcripſiſſe, vel ex ipſius proœmio teſtatius eſt, quam vt dubitari poſſit. Proinde & hoc eccleſiæ autoritati acceptum ferri oportet, quæ quatuor duntaxat euangelia, fide & lectu iudicarit digna. Inſuper epiſtolam ad Laodicenſes a Paulo ſcriptam, ex quarto ad Coloſſen. capite manifeſtum eſt, & eius circum fertur præfixo titulo, cur eam canonicis non aſcribimus. Sed & euangelium, cui ſecundum Hebræos, titulus præfigitur,
Dio.i miſ. quod toties a beato Hieronymo citatur, quare etiam illud ex
The.c.i tra autoritatem eſt. Nonne & magnus ille Dionyſius apoſtoli Bartholomei euangelium allegat, quod tamen hodie extra

canonem

canonem dinoſcitur. Quam putas ob cauſam. Hic ruſus fate aris oportet, id quod res eſt, ideo ſcilicet eis haud parem, atq; cæteris deberi fidem, q̊d eccleſiæ iudicio velut apocrypha reiecta ſunt. ¶Præterea qui euangelia aliaue idgenus ſacra literis prodiderunt. Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes, Paulus Iacobus, &c. membra ſunt eccleſiæ. Si itaq; propter hos aut alios, æquæ autoritatis viros fides habenda eſt ſcripturis, quanto magis eccleſiæ quæ eſt corpus Chriſti, ac ſponſa ipſius ſpecioſa, adeoq; veritatis certiſſima teſtis. Addendum his videtur quod ſine ſcripturis plura religioſe recipimus ex traductione ac traditione eccleſiæ. Atqui ſine eccleſia, nullam prorſus quaſi Canonicam admittimus ſcripturam, non iota vel apicem vnum. Maior proin eſt eccleſiæ autoritas. ¶Huic proxime accedit, quod Chriſtus de ſpiritu quem accepturi erant apoſtoli ait. Docebit vos omnem veritatem. At hanc fruſtra docturus erat, ſi ab eccleſia poſt futura, eam voluiſſet abſcindi. Proinde concedas oportet, omnem veritatem conſequendę ſaluti neceſſariam, ad nos quoque perueniſſe. At non omnia q̃ credi tu ſunt neceſſaria in pellibus & carthis, id quod ſupra oſtendimus, exarata ſunt. Propter ſolius itaq; eccleſiæ iudicium & autoritatem hæc credenda ſeruantur, cuius iudicium ſpiritui veritatis, qui nunquam illi præſens non eſt, nititur, vt impoſſibile ſit eam, in iudicando de fide errare. Ex quo probe colligitur maioris i fidei iudicio autoritatis eſſe eccleſiam, quam ſcripturas, præcipue, cum nullam, ſcripturæ fidem daturi ſimus, niſi eccleſiæ iudicio approbatæ. Quiſquis ergo chriſtianus es, tibi ceu ſacra quædam ancora ſit communis eccleſiæ fides, cui firmiter adhæreas. Neq; enim periculum eſt, ne eccleſia, q̃ quantum ad fidei veritatem attinet ſpirituſancto regitur, a ſeipſa diſcedat, quanquam ab ea receſſerint alij. Cæterum qui recedunt, a veritate recedunt, atq; hi ſunt, quos velut peſtilentes & pernicioſos Paulus auerſari iubet.

Eph.1.4.5 Coloſ.1.2 Iohan.16 2.Timo.3.

TERTIVM PARADOXVM.

¶Nihil falſitatis eſſe poteſt in diuina ſcriptura, nec, quantū ad fidem attinet, in eccleſia.

PROBA

PROBATIO DE SCRIPTVRIS

¶Veritati teſtimoniũ nihil afferre poteſt, niſi cui falſum ſub-
eſſe nequit. Nam quod falſi alicuius ſuſpicione tangitur, mox
ab idonea veritatis teſtificatione repellitur. Quod enim de ſe
Matt.7 nullam veritatis certitudinem habet, qui poterit firmum
1.Cor.11 & infallibile veritati teſtimonium præbere? Vnde dominus a
falſis prophetis, tanquam de veritate ſuſpectis, attendere do-
cuit, & in falſis fratribus Paulus periculum intrepide aſſerit.
At diuinæ ſcripturæ, infallibile veritati teſtimonium dant. Sic
Ioh.5. enim de illis veritas ait: Ille ſunt quæ teſtimonium perhibẽt de
me, per figuras ſcilicet, per prophetas, & per angelorum mini
ſteria, imo ipſę ſunt teſtimonia, quæ de veritate pater pronun
ciat, de quibus Pſalmiſta: Mirabilia teſtimonia tua, ideo ſeruta
Pſalm.118 ta eſt ea anima mea. Non poteſt igitur illis aliquod ſubeſſe fal
ſum. Alioqui dominus Chriſtus illas nequaquam indiſſolubi-
Iohan.18 les dixiſſet. Scriptura inquit ſolui non poteſt, vt videlicet nege
tur aut non verum putetur quod in ea vere legitur affirma-
tum. Neceſſe itaq; eſt eas eſſe veriſſimas, ac potius cœlum ter
Mach.5 ramq; trãſire, quam iota vnum aut vnum apicẽ de ſcripturis a
veritate excidere.

PROBATIO DE ECCLESIA.

¶Porro diffinitiue ſententiæ eccleſiæ, nihil poſſe, quãtum ad
fidem attinet, ſubeſſe falſitatis, omnibus qui ſuperiora candide
legerint, manifeſtarium credimus. Nam ſi reperiri queat in
terris vſquam, abſque vlla falſitate, veritas, nuſquam infallibi-
Roff con. lius, quam in eccleſia reperitur, id quod reuerendus pater &
ca Ba. c.12 dominus Iohannes Roffenſis epiſcopus, vir doctrima pariter
& vitæ ſanctimonia clariſſimus, tribus ſcripturæ teſtimonijs,
cuiq; perſpicuum facit.

¶Quorum primum eſt, quod Chriſtus, qui ſe veritatem ap-
Iohan.14 Mat.8 pellat, pollicitus eſt, ſe cum eccleſia futurum, omnibus diebus
vſq; ad conſummationem ſæculi. Si Chriſtus, qui eſt ipſa veri
tas eccleſiam nullo tempore deſtituet, certum eſt nec eam eſſe
veritate deſtitutã vnquam.

¶Alterum eſt, quod idem ipſe Chriſtus promiſerit Spiritũ
ſanctum

ſanctum in eccleſia perpetuo futurum, & eam ducturum in omnem veritatem. Ego, inquit, rogabo patrem, & alium conſolatorē dabit, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Et haud multo poſt. Quum venerit ille qui eſt ſpiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Si ſpiritus veritatis eccleſiæ nunquam non aderit, & eandem in omnem ducet veritatem, qui fiet, vt vel illam falſitati ſubiectam, vel proveris falſa per illā nobis tradi paciatur? Iohan. 14.

¶ Tertium eſt, quod Paulus ad Timotheum ſcribit, Vt noris, ait, quomodo te oporteat in domo dei verſari, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & baſis veritatis. Baſis ideo, quia fideles, ne vel erroribus, aut fallacijs quorumnis perfidorum, a veritate abducantur, firmat. Columna ideo, quia in ea non tantum certiſſima veritas. Imo etiam infallibilis certitudo, certiſſime habetur. Si ergo domus dei, quæ eſt eccleſia dei viui, ſit columna baſiſque veritatis, ruere is non poteſt, q doctrinæ per eam traditę, conſtanter innititur. Et hoc eſt quod in fidei ſymbolo profitemur. Credo ſanctam eccleſiam catholicam. Sanctam, quia ab omni falſitate, mendacio, & errore (quantum ad fidei rationem attinet) mūdiſſimam, id quod in Cāticis ſponſus de illa teſtatur dicens. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Tota, inquit, pulchra, propter veritatis certitudinem, omni ex parte, veritate, qua nihil pulchrius, nihil amabilius, nihil formoſius, ornata es, & macula videlicet erroris ſeu falſitatis, circa fidem, non eſt in te, alijs licet interim defectibus adeo ſubiecta, vt de teipſa profitearis. Nigra ſum, ſed formoſa filię Hieruſalem. Nigra, per naturam, formoſa, per gratiam, nigra propter morum defectibilitatem, formoſa, propter fidei indefectibilitatem, nigra & vilis in oculis me auerſantium, formoſa in oculis verorum Chriſti fidelium, nigra, quod hæreticorū inceſſantes impugnationes perfero, formoſa, quod omnibus his aſſiſtente Chriſti ſpiritu indeficienter prævaleo, & certitudine veritatis, Chriſti autoritate ſtabilita, glorioſa ſemper & formoſa, vera fide, reſulgeo. 1. Tim. 3 Cant. 4 3. Eſd. 4 Cant. 1

¶ Iſta profecto quemlibet catholicum vſq; adeo mouere debent,

bent, vt non hæſitanter adhæreat his, quæ ſcit per eccleſiæ diffinitionem eſſe vniuerſaliter approbata. Hæc enim certiſſimũ eſt autoritate ſancti ſpiritus confecta pariter & roborata, qui viuit & regnat, vnus cum patre & filio ſuper omnia benedictus deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Auguſti M. D. XX. Septembris vltima.

¶Inter ſcribendũ Gratioſe domine, mẽti meę nouũ quoddã occurrit problema, quod coronidis inſtar, prioribus haud inutiliter adijciendum videbatur, ideo quæſtiones ſequentes diffe rens, mox, quod incidit, ſubſcripſi.

¶CHRISTVS QVAMOBREM DOCTRInam ſuam per ſeipſum non ſcripſit, vt alijs de illo ſcribentibus, nimirum apoſtolis & euangeliſtis, credere neceſſum ſit.

CAPVT IIII.

¶Propoſiti problematis ſecundum mentem Beati Auguſtini, determinatio.

Aug. i. de con. euan. c. 8

BEATVS Auguſtinus in primo de conſenſu euãgeliſtarum, hanc dubitationem ab infidelibus quibuſdam, dominum Chriſtum, ſapientiſſimum qdem virum opinantibus, filium autem dei negãtibus, æuo ſuo ſubindicat exortam. Erant enim qui ſacroſanctis euangelijs credere recuſabant, pro eo quod non ab ipſo domino, ſed ab eius diſcipulis (quos exiſtimant ei diuinitatem qua deus crederetur errore tribuiſſe) conſcripta ſunt. Solis autem illis libris, quos ſuis manibus dominum exaraſſe putant, fidem dari debere conſtanter aſſerunt, quorum etiamnum aliquos ad Petrum, & Paulum ſcriptos, illiſq; tanquam epiſtolari titulo prænotatos.

notatos, quos tamen nequaquam proferre poſſunt, ſeſe vidiſſe dicunt. Porro ex hac perfidia ſcripturariorum, æui noſtri ſchiſmaticorum hæreſis, præter expreſſas ſcripturas nil admittentium, iam olim damnata, vel repullulaſſe, vel potius e frigidis ac extinctis Vulcani, quibus ſepulta iacebat, cineribus, infeliciter reuocata renataq; videtur. Nam hoc ſolo a prædictis infidelibus differunt, quod Chriſtum ore verum confitentur deum, quem tamen reuera factis, dogmatibus & vita negant. Scripturas etiam ab apoſtolis ac euangeliſtis nobis traditas, & vnanimi catholicæ eccleſiæ conſenſu receptas, aut omnino recuſant, aut non niſi ſuam ad perfidiam, iuxta peruerſiſſimam ſuorum ingeniorum vafriciem tortas excipiunt, quorum hæreſim ſuperioribus ſcriptis ſatis exploſam credimus. Infidelium autem prędictorum, quos ſcripturarij integro pede ſequuntur, impiam vanitatem, quibus medijs beatiſſimus Auguſtinus arguat, repellat, reuincatq; iam videamus. Et ſi non fallor, eam primo quidem ex illorum proprijs, dein ex noſtris, non tam docte quam erudite, confutat pariter & exibilat, ex eorum proprijs per hæc verba: Quid cauſæ eſt, cur de iſtis, hoc eſt, aliquibus Philoſophis hoc credant, quod de illis diſcipuli eorum literis commendarunt, & de Chriſto nolunt credere, quod eius de illo diſcipuli conſcripſerunt, præſertim cum ab eo cæteros homines ſapientia ſuperatos eſſe fateantur, quamuis eum deum fateri nolint. An vero illi, quos iſto, hoc eſt Chriſto, multo inferiores fuiſſe non dubitant, veraces de ſe diſcipulos facere potuerunt, & iſte non potuit? Quod ſi abſurdiſſimæ dicitur, credant de illo, quem ſapientem fatentur, non quod ipſi volunt, ſed quod apud eos legunt, qui ea quæ ſcripſerunt, ab illo ſapiente didicerunt, Hæc ille: Quid his verbis beatus AVGVSTINVS velit, paulo explicatius dicamus. Increduli, ſi ſcripturis, inquit, quibus fides minus eſt danda credunt, id quod perfrictis frontibus facere haud erubeſcunt, certe quibus maior debetur fides, non niſi temerarie recuſantes, diſcredunt, hoc quod nemo, cui cerebrum eſt, pernegat. At ipſi, nonnullorum ho-

hominum, videlicet, diſcipulorum quorundam Philoſophorũ, quos tamen Chriſto longe inferiores fatentur; ſcriptis quæ de ſuis magiſtris ſcripſerunt, ingenue credunt, quibus tamen ſides minus erat danda, quam diſcipulis Chriſti, cum abſurdiſſimum ſit ampliorem veritatis autoritatem minus ſapienti, præ ſapientiſſimo tribuere. Porro Chriſtum eſſe omnium hominũ ſapientiſſimum, quàm libentiſſime admittunt. Temerariũ itaque eſt, Philoſophorum minus ſapientum, non autem Chriſti ſapientiſſimi, diſcipulis credere velle, niſi forſan Philoſophi Chriſto prorſus inferiores, potuerint ſuos diſcipulos de ſe facere veraces. Chriſtus vero, cunctis Philoſophis ſapientia & veritate incomparabiliter præſtantior, id muneris haud quiuerit ſuis contradere diſcipulis, hoc vero cum ſit apud incredulos iſtos abſurdiſſimum, impia vanitas eſt, ſcripturis diſcipulorum Chriſti fidem pernegare, quam literis diſcipulorum Philoſophorum ſua ſponte concedunt.

Vbi ſu.c.8. ¶ Acrius autem contra eoſdem Auguſtinus inuehit, illoſq́ fortius ſtringit, cum ſubdit. Deinde dicant, inquit, vnde ſaltẽ ꝙ ſapientiſſimus fuerit noſſe vel audire potuerunt? Si fama diſſeminante, certiorne de illo fama nuntia eſt quam diſcipuli eius, quibus eum prædicantibus, ipſa per totum mundum fama fragrauit? Poſtremo famam præferant famæ, & ei famæ de illo credant quæ maior eſt. Ea quippe fama quæ de catholica ecclesia, quam ſtupent toto orbe diffuſam, mirabili claritate diſpergitur, tenues iſtorum rumores incomparabiliter vincit. Ea porro fama tam magna, tam celebris eſt, vt eam timendo, iſti trepidas & tepidas contradictiunculas in ſinu ſuo rodant, iam plus metuentes audiri, quam volentes credi filium dei vnigenitum, & deum prædicari Chriſtum, per quem facta ſunt omnia. Si ergo famam eligunt teſtem; cur non hanc eligunt, quæ tanta claritate præfulget? Si ſcripturam, cur non euangelicam quæ tanta autoritate præpollet? Hæc diuus Auguſtinus. Eſt autem horum verborum hæc ſententia.

Quod euangeliſtis ac noui teſtamenti ſcripturis [illegible] nul-
latenus credunt, aut ratio, aut fama facit, aut certe ſcriptura. Porro rationem non facere, iam mox immediate ſuperioribus dictis oſtendimus, famam vero ſi in cauſam traxerint, nonne ꝑ omnes conclamabitur, eam quæ celebrior, quæ maior, quæ in omnium ore magis verſatur, quæ denique verior, merito debere præferri? At talis eſt eccleſiæ catholicę fama (quam etiamnum ipſi perfidi ſtupent toto orbe diffuſam) tenues illorum rumores incomparabiliter vincens. Quod ſi cauſam in ſcripturam traiecerint, illę omnium ore eſſe fide potiores prædicabuntur, quæ ſunt autoritate magis præpollentes. Tales autem ſunt apoſtolorum & euangeliſtarum ſcripturæ in eccleſia catholica, totius orbis conſenſu receptæ, literis interim vniuerſis omnium hæreticorum prorſis damnatis & exibilatis. Hinc nec ad orbis publicum, niſi militibus, gladijs, fuſtibus, lanceis, terque ſaluo, quod aiunt, conductu circumſepti procedere, neq; vnquam ad harenam cum catholicis auſi fuerint deſcendere, ſed trepidi & timidi, lucifugæ, veſpertilionum, aut nocticoracum inſtar ſuis incauernis delituerunt & hodie deliteſcunt, interim ſua peſtilentiſſima dogmata (haud ſecus quam ardea ſua ſtercora) mundo propinantes. Sic latitat ter maximus hæreticus Lutherus apud Saxones, ſic Zuuinglius apud Heluetios, ſic Sneppius cũ ſuis apud Heſſones, Oecolampadius apud Baſiliſceos, Carolſtadius vagus vndiq; tranſfuga, Butzerus & Capito cũ Hedione apud Argentoracos, excucullat⁹ Vlmẽ. Dionyſius, cum ſuis ſocijs apoſtaticis apud Francfordianos, Baucius cum noctitrace apud Vuormacien. Georgius Poſter & Hector apud Norebergam, Rotenacker apud Vlmam, ſuos denique obſeruat Auguſta. Hi ſunt ſcripturarum adulteratores & corruptores, filij Belial, id eſt, abſque iugo, nolentes audire legem, filij ſuperbiæ & diffidentiæ, filij maledictionis, filij præuaricatorum, ſtultorum & ignobilium, quorum ſermo vt cancer ſerpit, quorum diſſidentibus ac inuicem pugnantib⁹ literis, totus hodie concutitur mund⁹, & ab vniuerſa eccleſia pax relegatur, quorum fama quanto diffuſior, tan-

Iudic.19. Eſa.10 Iob.41. Col.3. 2.Pe.2 Danie.11. Iob.30 2.Ti.2.

ro periculoſior, quãto maior, tanto obſcurior, quanto vulgati or, tanto obſcenior. Sed hæc miſſa facientes, ad noſtrũ reuertamur inſtitutum.

¶ Fama qua hi, de qbus nobis cũ Auguſtino ſermo eſt, permoti apoſtolorum & euangeliſtarum libros negabãt prorſus erat falſa, ex duplici falſo procedens fundamento. Primum, quod Chriſtus, dum hanc in terris adhuc mortalem ageret vitam, nonnullos manu ſua libros cõſcripſerit. Secundum, quod eoſdem ſuis Petro & Paulo diſcipulis, inſcriptos reliqrit. Enimuero neutrum poteſt eſſe verum, Non primum, hoc quod beatus Auguſtinus his verbis probat: Si aliquos, inquit, libros ſe habere dicunt, quos eum ſcripſiſſe aſſerunt, prodant ſeu producant eos nobis, Profecto enim vtiliſſimi & ſaluberrimi ſunt quos vt ipſi fatentur, vir ſapientiſſimus ſcripſit, Si autem timent eos proferre, vtique mali ſunt, Porro ſi mali ſunt, non eos ſapientiſſimus ſcripſit, Sapientiſſimum autem Chriſtum fatẽtur. Non ergo Chriſtus tale aliqd ſcripſit, Similiter quod eoſdem ad Petrum & Paulum tanquam epiſtolari titulo prænotatos dicunt, oportet vero diſſimilimum eſſe, Toto namque tempore (ait beatus Auguſtinus) quos Chriſtus in carne mortali cum ſuis diſcipulis vixit, nondum erat Paulus diſcipulus

Auguſtinus vbi. ſupra .c.10

eius, quem poſt paſſionem ſuam, poſt reſurrectionem, poſt aſcenſionem, poſt miſſum de cœlis ſpiritumſanctum, poſt multorum Iudæorum conuerſionem., & mirabilem fidem, poſt lapidationem Stephani diaconi & martyris, cum adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Chriſtum crediderant grauiter pſequeretur, de cœlo vocauit, & ſuum diſcipulum & apoſtolum fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos antequam moreretur, eum ſcripſiſſe putari volunt, ad diſcipulos tanquam familiariſſimos Petrum & Paulum ſcribere, cum Paulus nondum fuerit diſcipulus eius? Impia igitur vanitas eſt, propter hæc nugaciſſima ridicula, ſcripturas apoſtolorum & euangeliſtarum pernegare atque contemnere. Ex noſtris quoque dogmatis

Chriſtianis, idem error per beatum Auguſtinum hoc modo confutatur, Quicquid per apoſtolos Chriſti ſcriptũ legimus, haud aliter accipiendum eſt, quã ſi ipſius domini manus, quas proprio in corpore geſtabat, ſcripſiſſet, eo quod ex Chriſto & eius apoſtolis vnum quoddam corpus, ſicut ex capite & mẽbris conflatum erat, inde dominus apoſtolis tanquam ſui corporis, membris & manibus vtebatur, At dementiſſimi, multumque temerarij capitis eſſet, ſolis quidem Chriſti ſcriptis credere, manuum autem ſuarum ſcripturis neutiquam credere velle. Nemo igitur inficias ibit, infideles, ſolis Chriſti ſcriptis ſeſe credere velle fingentes, non tam friuole quam temararie, libros euangelicos per apoſtolos ſcriptos reijcere. Porro ne iſta noſtro figmẽto excidiſſe putentur, beati Auguſtini verba ſubſcribere libuit, qui ſic habet: Omnibus diſcipulis ſuis Chriſtus per hominem quem aſſumpſit, tanquam membris ſui corpoporis caput eſt. Itaq; cum illi ſcripſerunt, quæ ille oſtendit & dixit nequaquam dicendum, quod ipſe non ſcripſerit, quandoquidem membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt, Quicquid enim ille de ſuis factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperauit, hoc vnitatis conſortium, & in diuerſis officijs concordium membrorum ſub vno capite miniſterium, quiſquis intellexerit, non aliter accipit quod narrantibus diſcipulis Chriſti in euangelio legerit, quam ſi ipſam manum domini quam in proprio corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit, hæc ille. Hic beatus Auguſtinus Chriſtum per ſuos quidem apoſtolos ſcripſiſſe, eorumque libris indubitatam fidem dandam veriſſime docet, At cur non per ſemetipſum, ſed per ſuos diſcipulos ſcripſerit, intactũ prorſus reliquit, Hoc tamẽ axioma ſubſcriptũ faciet manifeſtũ, interim ſi (teſte beato Auguſtino) apoſtolorum & euangeliſtarum ſcripturæ eatenus ab eccleſia ſuſcipiẽdæ ſunt, quatenus proprijs Chriſti manib⁹ ſcriptæ. Non ne conſequens eſt illas proprias Chriſti contemnere ſcripturas, qui

ras, qui ſuorum apoſtolorum literas haud admittunt? Quicqd enim ille de ſuis factis & dictis nos legere voluit, inquit Auguſtinus, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperauit. Porro qui Chriſti ſcripturas contemnit, nonne pariter & Chriſtum pernegat? Quid ergo ſcripturarum adulteratores, ſcripturarũ faciunt, ſcripturas apoſtolicas per eccleſiam probatas pra ſua ſponte, ne dum negantes, imo veluti nugas abijciẽtes, & de canone penitus, ſi dijs placet, deturbantes? Quid inquam aliud faciunt, quam chriſtum dei ſapientiam, quaſi nugiuendulum, apud vniuerſum orbem reuera mẽdacij inſimulãt? Et dum ſcripturas quas volunt tanquã veras admittunt, quas nolunt, quaſi falſas & a vero remotiſſimas ſpernunt, nonne Chriſti manus nimirũ apoſtolos falſitatis vna cum Chriſto accuſant, illoſque magis pſeudoapoſtolos, quam Chriſti & veritatis diſcipulos agnoſcunt? At male valeãt hi perdidiſſimarũ ſectarum magiſtri, veritatis blaſphematores, qui cogitationes

Eſa.28 iuxta Eſaiam, concinnant, ad perdendos mites in ſer-

2.Pet.2. mone mendacij, per quos, beato Petro teſte, via veritatis blaſphematur, ponentes mendacium ſpem atque protectionem ſuam, & in auaritia fictis verbis de alijs negociantes, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Nos vero quod per apoſtolos & euangeliſtas ſuos Chriſtus ſcripſit & eccleſiæ reliquit, reuerẽter exoſculemur, haud ſecus, quam ſi ipſius domini manibus (quas in proprio corpore geſtauit) ſcriptum eſſet.

AXIOMA.

Chriſto ſuam doctrinam per ſemetipſum ſcribere non congruit, et ſi ab apoſtolis et euangeliſtis ſuis conuenienter in ſcripturas redacta ſit.

PROBATIO.

Euidens hoc fiet, ſi Chriſti primum quidem ſummam in docendo dignitatem et autoritatem, dein præcellentem eius doctrinæ maieſtatem, poſtremo ordinatiſſimum diuinæ ſapientiæ, ima per media, media vero per ſuprema gubernantis, ſubindicauerimus proceſſum, Et ſummam quidem Chriſti in

docendo dignitatem, atque autoritatem, eius excellentiſſimus docendi modus probat, quo doctrinam ſuam, modo quodam digniore, adeoque ſibi proprio tradere voluit, quo ſe non tam excellentiſſimũ omnium doctorem, quam verum deum comprobaret. Legimus in hiſtorijs, nonnullos philoſophorum pręclaros ſuorum monimenta dogmatum in ſcripturis tradidiſſe, exẽplo ſunt ex ethnicis Tales Mileſius inter orbis ſapientiſſimos plurimum famoſus, Hermes qui & Mercurius Triſmegiſtus antiquiſſimus, Plato diuinus, meoq; iudicio, ſuo æuo omnium longe doctiſſimus, Ariſtoteles vndequaque peritus ac reliqui, Ex noſtris prophetæ, apoſtoli, & euangeliſtæ domini, qui ea quæ a ſpiritu ſancto, quo pleni erant, didicerant, eius ordinatione ac prouidentia, literis pro noſtra conſolatione, eruditione ſimul & ſpe reliquerunt. Roma .15. Hos imitati ſunt innumeri patres orthodoxi, inſignes fidei noſtrę proceres, & anteſignani, tam eruditione quam vitæ ſanctimonia ſpectatiſſimi, qui egregijs ſuorum operum monimentis, eccleſiam & Myda & Cræſo ditiorem, & Hercule Ioueque fortiorem, aduerſus hæreticos reddiderunt. Horum diuus Hieronymus, & poſt illum Gẽnadius Maſſiliẽſis eccleſiæ preſbyter vir in diuinis ac ſecularibus literis ad perfectum inſtructus, texentes catalogum celebrem, nobis memoriam fecerunt, quorum linguis & ſcripturis ſanctus ſpiritus, ad Hęreſum extirpationem, et ad plenã eccleſiæ ſuper rebus dubijs inſtructionem, hactenus vſus eſt, & vtetur ſemper. Is autem doctrinationis modus, etſi nobis ſit vtiliſſimus, inferior tamen & indignior eſt, tum quod magis ad dogmata conſeruanda, quam ad doctrinandum inſtitutus, tum quod ab infimę fecis hominibus, æque ſicut ab excellentioribus vſurpatus, tum denique quod paſſim omnibus ſiue doctis ſiue indoctis communiſſimus, Nã ſcribimus (ait HIERONYMVS) indocti, doctique poemata paſſim, Sola ſcripturarum ars eſt, quam ſibi paſſim vendicant, hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc præſumptuoſa iuuentus, hanc ſophiſta verboſus, hanc hodie puluerulenti pelliones,

lutulenti ſutores, & pene vniuerſi plebæi præſumunt, docent antequam diſcant.

Auguſtin⁹ lo. de ciui. c. 15. Fuere quoque alij, plurimum excellentes viri, reliquis philoſophis, tanto excellentiores autoritate, quanto ſuperiores ingenio, qui ſuarum lucubrationum nihil literis tradidiſſe legun tur, ſed doctrinam ſuam, viuæ vocis actu diſcipulis profuderunt, qui modus tanto ſuperior priore creditur, quanto ab excellentioribus doctoribus vſurpatus, & ab illis ad docendum magis accommodus iudicatus eſt. Viua namque vox, latentis quiddam energiæ habet, diuo Hieronymo teſte, quod Hierony. in aures diſcipulorum de autoris ore tranſfuſa fortius ſonat, in timaque penetrans, diſcipulorum animis magiſtri doctrinam infert vigoroſius. Sic Pythagoras quo in contemplatiua virtu te, nihil tunc habuit Grecia clarius, non tantum de ſe, ſed nec de vlla re aliquid ſcripſiſſe perhibetur, Socrates autem quem rurſus in actiua, qua mores informantur, omnibus prætulerunt, ita vt teſtimonio quoque dei ſui Appollinis omnium ſapientiſſimum pronunciatum eſſe non taceant, Aeſopi fabulas, pauculis verſibus proſecutus eſt, verba & numeros ſuos adhibens rebus alterius, vſque adeo nihil ſcribere voluit, vt hoc ſe coactum imperio ſui dæmonis feciſſe dixerit, ſicut nobiliſſimus diſcipulorum eius Plato commemorat. Septem etiam orbis ſapientiſſimos, monimentorum nihil quod ad literas attineat, poſteris reliquiſſe, Sanctus AVGVSTINVS ſcribit, niſi quod Solon quaſdam Athenienſibus leges dediſſe & Thales qui phyſicus, ſuorum quoque dogmatum libros aliquot reliquiſſe dicitur.

¶Hic ergo modus, cum ab excellentioribns vſurpatus fuerit doctoribus, a domino noſtro IESV CHRISTO tanquam omnium excellentium excellentiſſimo doctore, in quo Col. 2. ſicut omnes perfectiones eminenter & omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei reconditi, nullatenus negabitur, Ipſe enim eſt quem pater ſanctificauit, & doctorem ac ſalutis magiſtrum

giſtrum, omnibus audiendum dedit qui falleret neminem. Veritas cũ ẽ & ſapiẽtia, de quo in pſal. ſcribitur: Magn⁹ domin⁹ noſter, & magna virt⁹ eius, & ſapiẽtiæ eius non eſt numerus, in cuius ore nec dolus neq; mẽdaciũ locũ habere poterant. Hic eſt q omnem hominem venientem in hũc mundum illuminat, qui pro ſcripturis intelligendis ſenſum aperit & intellectum, qui diſcipulis ſuis dixit, Ego dabo vobis os & ſapientiam cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri, in quo & prophetarum vaticinia ſunt adimpleta, in quibus legitur, Erunt homines docibiles dei. Eſaias quoque: Non faciet, inquit, dominus auolare a te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum, poſt tergum monentis, de quo Moyſes Prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi domin⁹ deus tuus, ipſum audies. De hoc MATTHEVS euangeliſta ſcribit: Erat docens eos, ſicut poteſtatem habens & non ſicut ſcribæ & phariſei. Hi namque ea quæ prius in lege & prophetis ſcripta fuerant, licet non adeo ſyncere, dogmatizabant: dominus autem etiam non ſcripta docebat, Iſti ſicut homines non ſua, ſed dei autoritate, ille vero quaſi deus & prophetarum omnium dominus, propria poteſtate qui & ſuæ voluntatis libertate, vel ea quæ minus in lege videbantur ſcripta, addebat vel commutans populo prædicabat, id quod nec Moyſi, nec Prophetis, nec Scribis neque Phariſeis licuit vnquam, Iſti dicebant, hæc dicit dominus, Ille crebrius replicabat, Ego autem dico vobis, quo loquendi modo, plane ſui magiſterij ſubindicabat excellentiam, cui vt excellentior quoque docendi modus reſponderet, ſcripto ſuam tradere doctrinam, non debuit.

Pſal. 14
1. Cor. 1.
Pſal. 14
Eſa 53.
Ioan. 1
Lucæ. 24.
Eſa. 30
Mat. 5.
Deut. 18

¶ Porro cũ ex diuinitate Chriſti dignitas quã maxĩe pẽdeat, tali certe modo ſuã debuit tradere doctrinã quo non puri hois imo

uno magis dei probaretur doctrina, Hoc autem minime fieri potuit ſuam doctrinam ſolum ſcripto tradendo, cum huiuſmodi modus vniuerſis communis ſit hominibus. Nullatenus igitur debuit doctrinam ſuam, aut in chartis papireis, aut in tabulis carnalibus ſcribendo tradere, quin potius in cordibus hominum, id quod ſoli ſibi reſeruatum Hieremiæ comprobatur vaticinio dicentis: Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum &c. Sequitur: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam &c. Sane doctrinam, quæ non literarum aut mortis, ſed magis ſpiritus & vitæ erat, emortuis demandari literulis haud decebat.

Hiere. 31.

Ioan. 6

Quomodo namque doctrinam, quam inæternum duraturam voluit, interituris aliquando pellibus inſcripſiſſet, blattis, tineis, muribuſue rodẽdam aut temporum iniuria obliterandam, aut ſitu carieque, aut certe ſcribarum ſocordia viciandam, deprauandam, contaminandam relinquens ac mutilandam? Hi namque ex emendatis inemendata deſcribere, ex mendoſis reddere ſolent mendoſiora, prætermittere quod legunt, quod non legunt apponere, corrumpere quod non intelligunt, adeo que inutiles vetuſtiſſimorum ac clariſſimorum autorum libros exhibere, vt de illis vix vlla nobis hodie vel certitudo vel integritas relicta ſit. Hãc ob cauſam indignum erat CHRISTI doctrinam (nullatenus deſituram) nunquam non defecturis tradere literis, præcipue cum eiuſmodi doctrina magis lumine intus infuſo diuinitus, quam mutis apicibꝰ acquiratur, quod nobis Eunuchus ille (diuinæ legis adeo ſtudioſus, vt etiam in vehiculo literas (quas tamen haud intelligebat) legeret ſacras, de mundi extremis finibus veniens in Iudæam, vt eum quem in libro neſciens venerabatur, deſuper accepto per baptiſmi ſacramentum lumine gratiæ, ſub mutis latitantem literis agnoſceret) perſpicuum facit. Lex enim dei ſpiritalis eſt, & reuelatione opus eſt vt intelliga-

Math. 12.
Ioan. 17.
Apoc. 14.
Pſal. 116

Acta. 8.

intelligatur, nudis literarum formis ſeipſam plene nequaquã exhibet, propter quod Dauid orabat. Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Quod ſi non litera, ſed ſpiritus reuelatione Chriſti doctrina comprehenditur, nonne ſolis literis eam fruſtra commendaſſet. Id certe quod ſuam maieſtatem, quia deus verus, nequaquam decuit, qui nihil fruſtra operatur. Pſal. 18

¶ Eius quoq; doctrinæ maieſtas & abyſſalis profunditas, idipſum expoſtulabat, quæ tanta eſt, vt nulla comprehendi ſcriptura, nullo quantumuis etiam acutiſſimo ingenio perſcrutari, ſed nec totius orbis amplitudine capi poſſit, propter quod de ea ſemper altius æſtimandum eſt, quam nuda pr&ecedil;monſtrat litera. Illius etenim ineffabilem maieſtatem & inenarrabilia dona continet, de quo ſcriptum legimus. Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram. Doctrina mea, inquit dominus, non eſt mea, ſed eius qui miſit me, qui ſicut ipſe incomprehenſibilis eſt, ita doctrinam ſibi reſeruauit nullis figuris intercludendam, ſed in vniuerſum omnes excedentem ſcripturas. Alioqui in dubijs rebus, ad ſcripturas ipſas non ad ſcripturarũ ſcrutiniũ, ad mortuam literam, non ad ſpiritũ, ad mutos magiſtros, non ad viuos interpretes, in vtraq; lege remiſiſſet. Hanc excellentiam atque maieſtatem diſcipulus quem diligebat dominus Ieſus ſubindicabat vbi ait. Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum mundum arbitror capere poſſe, eos qui ſcribendi ſunt libri, quod beatus Auguſtinus, non locorum ſpacijs, ſed legentium capacitati tribuendum dicit. Noſtra enim intelligentia, nequaquam omnia quæ de Chriſto ſcribi poſſent capere valeret, ſicut nec vllis comprehendi ſcripturis, quæ de illo dici poſſunt. Magna ſiquidem ſunt iudicia eius, & inenarrabilia verba ſua. Propter hoc, ait ſcriptura, indiſciplinatæ animæ errauerunt. Hinc tertio cœlo dignus Paulus exclamat. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Et beatus Iohannes, diuinorum myſteriorum incomprænhenſibilitatem vbertim flebat, quæ tamen

2. Corin. 9 — Iob. 16 — Iohan. 7 — Iohan. vlt — Sap. 17 — Roma 11 — Apoc. 7

Chriſto tandem docente gaudebat explanata. ¶ Ne igitur tanta eius doctrinæ maieſtas vileſceret, deq; ea altius nihil quã de reliquarum humanarum ſcripturarum literis ſuſpicaretur, ne vel tota ſcripturis comprehenſa, vel amplius nil quã quod nudi exprimunt apiculi, id quod reliquis humanis ſcripturis commune eſt, crederetur continere, non debuit tantæ profunditatis, tantæq; maieſtatis doctrina, per ipſum autorem ſcripto

2.Cori.12 tradi: Semper enim ſublimius aliquid de illius doctrina, quam de quauis ſcriptura ſentiẽdum eſt, Quod ſi Paulo arcana verba, quæ in tertium raptus cœlum audiuit, loqui haud licuit, certe minus Chriſto ſuam doctrinam in corde patris abditiſſimã,

Mat.11 quam nemo niſi filius & cui voluerit ille reuelare nouit, mortuis ac defecturis pellibus committere conueniebat, pręcipue, cũ illam pro ſua maieſtate non papiro aut pergameno, ſed cordibus hominum per ipſum dominum inſcribendam, propheta pdixerit.

Hiere. 31 Vt ergo veritatis propheta, verax inueniretur, noluit dominus ſuam doctrinam per ſemetipſum atramento deſcribere. Exigebat hoc idem diuinæ ſapientiæ pulcherrimus ordo, quo deus, ſicut non omnia per ſeipſum ſolum, nec tamen quodlibet ex quolibet, quaſi e quodam Anaxagorico cahos indiſtincte producit, ſed ſua rebus ſingulis ſeminaria natiuaq; dedit principia quibus ordirentur: ſic non omnia per ſeipſum ſolum, nec tamen quodlibet per quodlibet confuſe gubernat ſed ordinatiſſimo quodam modo, corporalia per cœleſtia, ignobiliora per nobiliora, inferiora per media, iſta vero per ſuperio

Sap.8 ra, illa demũq; per ſeipſum regit, omnia ſuauiter diſponens & ordinans, id quod & Philoſophis haud incognitum fuit. Hunc ordinem in omnibus ſeruatum creaturis, Chriſtus ipſa dei ſapiẽtia, non debuit refringere docendo, cum per ſuum apoſtolũ di

1.Cor.1 Rom.1. cat. Quæ a deo ſunt, ordinata ſunt. Propter quod inmediate quoſdam per ſemetipſum, reliquos vero per eos qui ab ipſo di

Hel.1. Actu.7 dicerant docere voluit. Sic angelos per ſe, homines autem per angelos edocet. Sic ĩ veteri lege patriarchas ac prophetas per angelos inſtruxit, in noua quoque dominus diſcipulos ſuos im

Matt.10. mediate per ſe, per illos autem illorumque ſucceſſores vniuer

ſum

ſum reliquum orbem, tam verbo quam ſcripto docuit, docebit Lucæ.ii.
que ſemper. At ſolis ſcripturis ſi ſuã tradidiſſet doctrinã, non Marc. vlt.
potuiſſet hunc ordinem ſeruaſſe. Oportuiſſet enim vel ſingu- Iohan. vi.
lis Chriſtianis, ſingulos conſcripſiſſet libros, id quod ſuperflu
um fuiſſet, cum iam totus mundus ad vnum euangelium con-
uerſus credat, aut ſuam ad omnes totius orbis homines doctri
nã immediate dediſſet, quod vel difficile nimis aut impoſſibile
magis fuiſſet, tum propter idiomatum linguarumque varieta
tem, tum propter locorum diſtantiam, tum deniq; propter rei
ipſius impoſſibilitatem. Quos enim ad Chriſtum, tot ac tantę
virtutes, tot ſigna, tanta prodigia & mirabilia, tantique prædi-
cantes vix conuertere potuerunt, quid mutæ effeciſſent lite-
ræ? Et eccleſia quantam putas hoc medio paſſa fuiſſet iacturã?
Quantum ſcripturarũ contra eccleſiam viuentis dei anſam ſuo
rum peruerſiſſimorũ errorum habuiſſent, ſi de Chriſti ſcriptu
ra ſuis manibus confecta, vel apicem vnum aut vnum iota habe
re potuiſſent? Quam ſuperbe ſuas erexiſſent criſtas? Quam-
magna audacia eccleſiæ reieciſſent ſtatuta ſolamq; Chriſti ap-
pellitaſſent ſcripturam? Quanto labore, niſu, conamine ſuas cæ Iohan. i.
teris effundere tenebras decreuiſſent? At noluit hoc ipſa diui-
na ſapientia, q̃ ad illuminandum venerat, noluit tantæ ſtulticiæ
tantæ cæcitati, tanto deniq; facinori pręſtare patrociniũ, quin
potius integrũ ſuũ ſeruare ordinẽ, & ab hoc nullatenus p̄ ſemet
ipſam, ſed p̄ alios magis ſuam ſcribere doctrinã id quod & do-
mini noſtri Ieſu Chriſti ſummam decebat humilitatem.

¶ Ad eius enim doctrinæ confirmationem, ſic oportuit illi-
us miracula ſtupenda, admiranda opera, laudatiſſimæ conuerſa
tionis inſignia, ſaluberrimæ doctrinæ ꝓconia, famã etiã quã ex
his admirabilẽ ĩ populis habuit, ac validiſſimas ſuorũ aduerſario
rum redargutiones, cum quibus crebrius in harenam, nunquã
aũt non glorioſe triumphans deſcendit, quorum errores atque
malitias haud ſemel detexit nec non ægregie confutauit. Hæc
inquam omnia, ſic oportuit conſcribi, vt ex ipſo ſcribendi mo-
do, eius perfecta nobis humilitas, non tam inſinuaretur, quam
imitanda commendaretur, eo quod illam, ſuæ doctri-

næ cape-

næ capeſcendæ, primarium fecerit fundamentum, dicens. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Etenim niſi paruuli fueritis, meæ doctrinæ capaces neutiquam eritis, quam pater a ſapientibus abſcondens, paruulis, quibus illam eſt pollicitus, reuelat. Quod etſi abſque arrogantia, de ſe Chriſtus dominus hæc per ſemetipſum ſcribere potuerit, in noſtris tamen cordibus, haud ita illius humilitas, propriæq; laudis & gloriæ perfectus contemptus infulſiſſet, ſicut ſe nobis ingerit, dum de ſe nihil per ſe ſcripſit, nec dum mortalem ageret vitam ſcribere fecit, permiſit aut commiſit, ſed per alios poſt eius mortem, nimirum diſcipulos, & reliquos, de quibus per prophetam dicit. Populum iſtum formaui mihi, laudem meam narrabit, videlicet in ſcripturis de me, ſecundum illud. Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea, id eſt prophetarum apoſtolorum & euangeliſtarum, ad quos cum primis ſpectabat Chriſti doctrinam fideliter conſcribere conſcriptamq; fidelibus relinquere. Idem inſuper ſanctiſpiritus autoritas commendanda exigebat. Nam ea quæ Chriſtus dominus adhuc mortali corpore viuens nobiſcum glorioſe fecerat & docuerat, nec vllo ſcribente fuerãt excepta, neceſſum erat eccleſiæ doctoribus (de quorum albo primi ſunt apoſtoli & euangeliſtæ, iterato ſuggererentur per ſpiritumſanctũ, pro eius commendanda autoritate. Sic enim dominus promiſerat: Paracletus autem ſpirituſſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret omnia quæcunq; dixi vobis. Per talem namque ſuggeſtionem, eiuſdem ſanctiſpiritus autoritas ac maieſtas, apoſtolis, & per illos toti innotuit orbi. Sicut enim domini perſonam in opere redemptionis, necnon exterioris exẽpli atq; magiſterij, autorizari, ita ſpirituſſancti autoritatem oportuit in opere interioris inſpirationis & illuſtrationis ſpiritualis ædificationis ac ſolidationis eccleſiæ commendari. At hanc ſuggeſtionem ſeu inſpirationẽ prorſus non oportuiſſet fuiſſe, ſi Chriſtus dominus per ſeipſum ſolum ſuam doctrinam plene ſcripſiſſet. Ad ſeruandam igitur non tã Chriſti perſonæ dignitatem, quã ſpirituſſancti autoritatẽ, per alios Chriſti

Mat. ii
Lucæ .io
Pſal. is
Eſa. 43
Pſal. 86
Iohan. i4

Chriſti doctrina ſcribi debuit. Nam ſicut verbi proprietas eſt, verbo paternam exponere veritatem in ſeipſo completam, ſic ſpiritusſancti proprietas eſt, veritatem verbi, ſuggeſtionibus internis, cum in ſe, tum in his quos inſpirando inhabitat, completam omnibus manifeſte monſtrare, & quæ per Chriſtum annũciata fuere, confirmare, perq; ſolemnia & publica inſtrumenta cuiuſmodi ſunt quæ per ſcribas publicos in autentica ſcripta rediguntur, vniuerſo mundo publicare, id quod apoſtolorum & euangeliſtarum ſcripturis effectum eſt.

¶ Hoc ipſum, rerum per Chriſti doctrinam conſcribendarum, ordo expoſtulabat, cuiuſmodi ſunt Chriſti in terris conuerſatio, triumphalis acglorioſa paſſio, fortiſſima Sathanę debellatio, admirabilis reſurrectio, & id genus reliqua, quibus vniuerſum orbem innouauit. In annalibus etenim regum hiſtorijs conſuetum non eſt, regum bella, magnifica geſta, præclaraque facinora, antequam ſint obtenta & celebrata, conſcribi. Et ideo dominus noſter Ieſus Chriſtus, rex regum ſolus, abiecta prius pati, ſua glorioſa geſta prius egregie conficere, ſtupẽda agere miracula, magnifici ſui prælij opera præclariſſima, q̃bus mundum innouare, illuminare & redimere venerat, prius debuit conſummare, antequam literis exciperentur. At iſtud nequaquam fieri potuit, ipſo adhuc nobiſcum in corpore mortali permanente, quamob rem deſcribendarum ſua doctrina rerum ordo, minime patiebatur Chriſtum ſuam doctrinã ante mortem perſemetipſum ſcribere. ¶ Exigebat pariter idipſum eccleſiæ autoritas, quam a domino Chriſto maximam acceperat, videlicet autorizandi, ſolemnizandi, interpretandi, publicandi, proponendi, necnon ſcribendi, omnem fidei veritatem, nec hanc autoritatem apud ſe debuit occultare, quin potius cunctis fidelibus publicitus exhibere, quam pro omniũ ſalute, ſpe, & conſolatione acceperat, At hoc quo pacto fieri potuit melius, quam quod eccleſiæ ſeruaretur autoritas, doctrinam & euangelium Chriſti, per eos, quos ad hoc ſpiritusſanctus in eccleſia deputauerat, ſcribendi? Nullibi ſiquidem omnis fidei veritas conſummatior certiorque reperitur, quam

in apoſtolorum & euangeliſtarum ſcripturis, per eccleſiam ap probatis. Conuenientiſſimum itaq; fuit, per alios Chriſti doctrinam conſcribere, id quod omnium vltimo, tam legis quam euangelij differentia haud obſcure commonſtrat.

Exo. 31 Deut. 31 Roma. 8 ¶Nam illa in figuris ſenſibilibus dabatur, ideoq; typis ſenſibilibus a principio conuenienter ſcribebatur, hinc & lex literæ dicta eſt, euangelium vero, lex eſt ſpiritus vitæ, & ideo non atramento, ſed ſpiritu dei viui, non in tabulis cartareis, ſed cordis, per autorem ſuum dominum Chriſtum cum primis ſcribi debuit, ne forſan aliud nihil, quã caduca crederetur ſcriptura, quemadmodum de lege Iudæi olim credebant, & hodie ſcripturarij de euangelio peruerſiſſime ſentiunt.

¶Porro quia incertum habebamus, per quem ſpiritus ille ſacer, nobis Chriſti doctrinam aut loqueretur, aut doceret infallibiliter, ne per pſeudapoſtolos (quos innumeros venturos dominus præſciuit) a doctrina ſana & ipſa ueritate in errorum abduceremur profundum, ne deniq; omni variarum ac peregrinarum doctrinarum vento eſſemus perpetuo expoſiti, eidem ſpirituiſancto, cuius oculis omnia præſentia ſunt, cuius intuitum nihil effugere poteſt, cuius prouidentia omnia ambit, placuit, Chriſti doctrinam cordibus primum infuſam, carnalibus quoque literis ob oculos profundere, nec tamẽ per quoſlibet, ſed eos dumtaxat, quorum corda ipſe repleuerat, & a ſe pleniſſime edoctos, ad tantam doctrinam, quam illis ſynceriſſime integerrimeque ſuggeſſerat, ſcribendam inſtigauerat, vt per earum diuinarum ſcripturarum conſolationem, ſpẽ
Rom. 15. haberemus firmiorem, fidem certiorem. & veritatem conſummatiorem. Cum enim Chriſtus aſcra conſcendiſſet, & apoſtolos, quos per ſe erudierat, & quibus Euangelium vbique prædicandum mandauerat, mox ad ſe aſſumpturus erat, quid te quæſo nobis, inter tot errorum myriades, inter tam varias vẽturorum pſeudo apoſtolorũ doctrinas relictis, certi de Chriſti doctrina fuiſſet, abſque apoſtolorum ſcripturis? Et qui iam

con-

contradicentibus clariſſimis ſcripturis, apud ſe tantùm eſſe doctrinam Chriſti clamitant, quid feciſſent, ſi nullum pro Chriſti doctrina clarum habuiſſet eccleſia teſtimonium? Plurimũ itaque neceſſarium erat eccleſiæ, doctrinam Chriſti certiſſimis ſcripturis teſtatam apud ſe habere. His quare Chriſti doctrina literis, non per Chriſtum quidem, ſed alios excipi debuerit probatum eſto.

¶Quod ſi quis obiecerit, Ad Chriſtum qui venerat illuminare eos qui in tenebris & mortis vmbra ſedent, pertinet erroris occaſiones excludere, id quod melius feciſſet per ſeipſum ſcribendo. Potior enim fides illi quaſi deo quam ſuis diſcipulis data fuiſſet. Vnde videtur conuenientius, q per ſeipſum quã alios ſuam doctrinam tradidiſſet. Luc. i

¶Reſpondendum eſt huic, dominum Chriſtum vtiq; ad omnem hominem qui in hunc mundum venit illuminandum de cœlis deſcendiſſe, differenti tamen modo illuminat. Nam per ſeipſum illuminat ſolum intus ignorantiæ tenebras, vel lumine naturæ, vel gratiæ, pellendo, ſecundum illud. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Et illud: Per viſcera miſericordiæ dei noſtri viſitauit nos oriens ex alto illuminare his q in tenebris & vmbra mortis ſedent. Extra vero, tum per ſe, tũ per alios, videlicet ſuos prophetas, apoſtolos, euangeliſtas atque doctores, verbo pariter illuminat & ſcriptura. Dicit enim Pſalmiſta: Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis. Et rurſum. Præceptum domini lucidum illuminãs oculos. Porro de apoſtolis ſuis dominus ait. Vos eſtis lux mundi. Sicut enim ſol ad noctis tenebras pellendas, ſuos dirigit radios, ita & dominus, qui eſt ſol iuſticiæ, ad effugandas humani generis tenebras, ſuos direxit apoſtolos. Euntes, inquit, docete oẽs gẽtes. Luminis aũt natura eſt, diuo Hilario teſte, vt lucẽ quocunq; circũferatur emittat, ac ædib9 illatũ, luce dominante tenebras interimat. Mundus igitur extra dei cognitionẽ poſitus obſcurus, ignorantiæ tenebris tenebatur, cui p apoſtolos, ſcientiæ lumẽ inuehitur, & dei cognitio clare t, & de paruis eorum

Iohann. i
Pſalm. 4
Luc. i.
Eph. 4.
Pſal. 119
Pſal. i
Mala
Matt.

corpuſculis, quocunque inceſſerint, lux tenebris miniſtratur. Vnde ſicut qui a ſolis radijs non illuſtratur, nec a ſole vnquam illuminatur: ſic illi qui ſcripturis apoſtolorum credere nolunt, nec ipſi Chriſto ſcribenti crederent. Illi namq; aliud nihil ſcri pſerunt, quam quæ ille ſcribenda docuit, oſtēdit, ſuggeſſit, nec iſtos quicquam ſcripſiſſe credendum, niſi quod dictante eorum capite domino Chriſto, ſcribendum cognouerunt. Quicquid enim ille de ſuis factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcriben dum iſtis, teſte Auguſtino, tanquam ſuis manibus imperauit. Hoc autem nullatenus ipſum effeciſſe æſtimandum, niſi nobis vtilius, meliuſque perſpexiſſet. Nequaquam ergo melius ſuā doctrinam per ſeipſum nobis ſcripto tradidiſſet. Et ſi maior ſcripturis ſecundum ſeipſas, ſi quas ſcripſiſſet, fides danda fuiſſet, quia tamen huiuſmodi ſcripturæ autoritas, ad nos haud aliter quam vel ſuorum diſcipulorum vel eccleſiæ teſtimonio perueniſſet, maior vtiq; fides aut diſcipulorum aut eccleſiæ, quā Chriſti literis prorſus adhibenda fuiſſet, id quod non in paruā domini ceſſiſſet iniuriam & indignitatem. Quis enim nos de il lius ſcriptura certificaſſet, niſi vel illorum literæ qui cum eo per-

Luc.16. petuo conuerſabantur, vel ipſius eccleſiæ, quā tanquā veritatis magiſtrā in oībus audiendā pcepit. Poſſent aūt maliuoli & il las calūniari, & dicere, vel non eſſe Chriſti, vel viciatas, aut cer tæ non æqua ad nos trāslatione trāſmiſſas. Proinde ſicut Abra hā diuiti epuloni, fidē ex quopiā reſurgente ex mortuis ex po ſtulāti dicebat. Habēt Moyſen & Prophetas, audiāt illos, ques ſi non audierint, neq; ſi qs ex mortuis reſurrexerit credēt, ita re ſpondemus incredulis apoſtolorum & euangeliſtarum ſcripturis, habent prophetas, apoſtolos, & euangeliſtas, audiant illos, qs ſi non audierint, neque ſi Chriſtus quid ſcripſiſſet, credent. In

2.Cori.13. illis enim dominus Chriſtus locutus eſt, per illos tanquam per ſuas manus ſcripſit. Quamobrem ſi illorum ſcriptis non cre dunt, neque Chriſti ſcripturis eſſent crediturι. His ſatis oſtenſum putamus domini noſtri ſaluatoris doctrinam, ſcripto quidem eccleſiæ debere commendari, at non per ſeipſum immediate, ſed eius apoſtolos & euangeliſtas,

ad no-

ad noſtram vtilitatem , ſuam vero perpetuam laudem & gloriam, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat deus vnus ſuper omnia benedictus inæternum. Amen.

Auguſtæ M.D.XXX. Octob. XIII.

¶ Et quia plura de ſcripturis diximus, iuſtum nobis viſum eſt, tractatum quem ſuperioribus diebus ad Reuerendum Carthuſiæ patrem montis Beati, Dominum Lambertum Paſcualem, virũ tam vita quam religione quam doctrina ſpectabilem meum amicum & patronum, de libris Canonicis ſcripſi, præſenti loco iſerere, ne quiſpiam errore circumuentus, aut quaſlibet canonicas reijciat, aut non canonicas pro canonicis ſuſcipiat.

SEQVITVR TRACTATVS DE libris Canonicis.

¶ De Canonicis ſcripturis Ioannis Dietenbergij. M.CCCCCXXVII.

EPHE. QVARTO CAPITVLO.

¶ Iam non ſimus paruuli fluctuantes & non circumferamur omni vento doctrinæ in nequicia hominum, in aſtucia ad circumuentionem erroris.

PLVRIMVM REVERENDO PATRI ET domino meo amantiſſimo, domino Lamberto Paſcuali Rectori Carthuſianorũ apud Confluentiã pceptori ſuo obſeruãdiſſimo.

IN tuis, reuerende pater, auſpicijs in lucem produ- Math.13.
cimus, magnum illum eccleſiæ theſaurum quo noua Acto.15.
recondita ſunt & vetera, nempe ſalutis noſtræ ver- Roma.10.
bum, Euangelium inquam, quod Paulus noſter, omni credenti, virtutem profitetur in ſalutem, a nonnullis perfrictę frontis hominibus, adeo noſtris temeratum temporibus, vt iure poſſit dubitari, quibus nam hodie fides ſit habenda ſcripturis, dũ videas pro nonnullorũ perfidia, alias de canone deturbari, & eaſdem quidem deturbatas ab eiſdẽ (non ſine Chriſtianæ pietatis ingenti iactura) rurſum in canonem ſuffici, qua

leuitate, diuinis ſcripturis plane adimitur omnis certitudo, ſit ambigua ſcripturarum veritas, in vtrum, quod aiunt, chriſtiana vertitur fides, & ſuo Chriſti eccleſiæ eccleſia gladio, Dei ſcilicet verbo diſpoliata, fidei hoſtibus nuda, inermis, iugulandaque proſtituitur, quod vtique tanto periculoſius agitur, quanto magis, non vna tantum perſona ciuitas aut prouincia, ſed tota chriſtianæ religionis reſpublica læditur.

Cũ igitur communi periculo inſtante, omĩm ſit conclamare, in vnum concurrere, ac ferre præſidium, deſperationis potius quam religionis eſſe arbitratus ſeruare ſilentium, officij mei conſideratione, manum moui, breuibuſque quo potui, quæ hodie apud chatolicam eccleſiam incunctanter habendæ ſint canonicæ ſcripturæ, hoc compendio deſcripſi, id quod tu Reuerende pater læta fronte dignaberis ſuſcipere, tui nominis auſpicijs in lucem porrectum, hoc enim vt facerem non tam mihi perſuaſit ſingularis quidam ac vt gratuitus, ita perpetuus animi in me tui fauor, quam vno omnium ore prædicata tua non vulgaris doctrina, morum integritas cum admirabili rerum agendarum prudentia, parique religionis zelo coniuncta. Boni itaque conſulas animi affectum pluris quam operis ſiue muneris huius quantitatẽ ducens, Tuam R P. fœlicem diu conſeruet, boniſque omnibus augeat is a quo ſolo omnis proficiſcitur fœlicitas. Ex Confluentina prima auguſti. M. D. XXVII.

SCRIPTVRAE VNDE DICVNTVR canonicæ. Caput quintum.

CANONICAE ſcripturæ dicuntur, quæ ſunt de canone, Porro de canone appellantur hæ, quibus eccleſia tanquam canone, id eſt, principio quodam regulatiuo tã in credẽdis vtitur quã agendis, et ideo talibus, ſicuti principijs indubitatam vult habere fidem, quibus

bus contradici phas non eſt, de quorum veritate nemini dubitare permittitur Chriſtiano, de quibus verę ſint an ne, diſceptare non licet, ſed incunctanter tanquam prima quædam in lumine fidei, per ſe nota principia credendæ, Quibus omnium aliorum credendorum agendorumque veritas regulatur & comprobatur, quemadmodum & apud humanas ſcientias prima principia dicuntur, quæ per ſe nota, & abſque omni contradictione probata ſunt aliorum ſcibilium quaſi canones, id eſt, regulæ quædam, quibus omnium aliorum veritas menſuratur, Propterea ſcribitur: Et ſi non credideritis neque intelligetis, hoc eſt, Neque rerum credendarum neque agendarum rationem habebitis, ſi fidem canonicis tanquam primis quibuſdam principijs non præſtiteritis ſcripturis, ex quibus omnium credibilium & agibilium veritatem oportet metiri, Ob hoc enim ad noſtram doctrinam traditas Paulus teſtatur. Eſa.7. Luce.16. Roma.15.

¶Sunt autem quibus eccleſia pro canone vtitur, in duplici differentia. Nam quædam appellantur diuinæ, quædam eccleſiaſticæ ſiue diuinis annumeratæ, Diuinæ ſunt, ſecundum beatum Auguſtinum, quas CHRISTVS deus dei bene dicti filius prius per prophetas, deinde per ſeipſum, poſtea per apoſtolos locutus eſt, vel ſecundum ſanctum Paulũ, quas deus olim patribus per prophetas, nouiſſime nobis in filio & per filium in apoſtolis tanquam idoneis noui teſtamenti miniſtris locutus eſt, At proinde eminentiſſimę ſunt autoritatis, quod ab ipſa per ſe infallibili prima veritate traditæ, ideoque ſuapte natura vniuerſalis autoritatis apud omnes, tam fideles quam infideles, obque id proprie canonicæ dictæ. Porro diuinæ ideo, quod a deo vero immediate primo datæ, deque deo, diuina quædam, nulli creato intellectui per uia, tamen ad conſequendam ſalutẽ ſcitu neceſſaria diuino modo 2.Cor.3. 1.Timo.3.

modo, id eſt, alatiori lumine, ſcilicet fidei, veraciter ſine erro-
re, abſque omni fallacia edoceant, & ad deum optimum maxi
mum principaliter ordinent, nihil omittentes, quod ad huma-
nę ciuilitatis conuictum in deum verum ordinatū pertinere
Diſt. 37. c. dinoſcitur, Hæc ſunt diuina quædam oracula, dei viuentis
vino. conſulta, eius reuelatione & traditione accepta, ſanctique ſpi
diſt. 38. c. ritus iuſſu a prophetis & apoſtolis fideliter conſcripta, in qui-
indignum
Eſaiæ. 7. bus fides, quę diuinæ reuelationi præcipue nititur, pleniſſime
continetur, & ob hoc ad autoritatē eccleſiaſticorū dogmatum
credendorum confirmandam, eaque roboranda quæ in con-
cionem veniunt idonea, Hæ ſunt quibus Chriſtus ipſa veri-
tas teſtimonium perhibet, quas ſanctus Petrus diuinitus pro-
Ioā. 5. & 15 bat inſpiratas, Paulus autem ſalutis verbum, euangelium, dei
2. Petri. i. virtutem in ſalutem omni credenti, pronunciat, Hæ ſunt quæ
nec falli vel fallere poſſunt, quibus nihil prudentius, nihil ca-
Acto. 13. ſtius, nihil verius, religioſius nihil. Hæ ſunt precioſus ille the
Roma. i ſaurus, de quo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum noua
Auguſt. de profert & vetera. Secantur enim huiuſmodi diuinæ ſcriptu-
pecca. mer
& re. li. i. ræ in veteris nouique teſtamentu ſcripturas. Nam cum fidei,
ca. 22. q̄ in his q̄ per ſe primo & plene continetur, alia ſit apud vete-
Idem de
vtili cre. res, id eſt, Chriſtum præcedentes, qui in venturum credide-
ca. fina. runt, alia apud nouos, id eſt, comitantes vel ſequentes, qui in
Math. 13. eum, qui iam venit, credimus, diſpoſitio, Alius, oportet ſit ca
non ſcripturarum veteris, quibus fides ſecundum diſpoſitio-
Ioānis. 5. nem Chriſti adhuc venturi, alius item noui teſtamenti, qui-
bus Chriſtum pro totius mundi ſalute iam olim veniſſe depro
mitur.

¶ Veteris igitur teſtamenti canon quas contineat ſcripturas, Chriſtus paucis exprimit verbis dicens: Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Continet ergo veteris teſtamenti canon, ſcripturas legis Moyſi, Prophetarum, & pſalmorum, quas hoc modo diuus Hieronymus explicacius enumerat, Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt, quæ ſcribimus hebraice omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur, ita

vigin-

viginti duo volumina ſupputātur, quibus quaſi *literis* & exordijs indei doctrina , tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia.

¶ Primus apud eos liber vocatur Breſit, quem nos Geneſim dicimus, Secundus Veelleſmoch qui Exodus appellatur, Tertius Vagichra, id eſt, Leuiticus, Quartus, Vegidabor quem Numerorum vocamus, Quintus Elbe haddaberim, qui Deuteronomiū pnotatur. Hi ſunt quinq; libri Moyſi, quos prope thorath.i.legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Ieſu naue qa apud eos Ioſue beni um dicitur, Deinde ſubtexunt ſophtym, id eſt, Iudicum librū & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus iudicum facta eius narratur hiſtoria, Tertius ſequitur Samuel, quem nos Regnorum primum & ſecundum dicimus, Quartus Malachim, id eſt regum, qui tertio & quarto Regnorum volumine continetur, meliuſque multo eſt Malachim, id eſt, Regum quam Malachtoth, id eſt, Regnorum dicere, Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſrahelici populi q tribus duodecim continetur, Quintus eſt Eſaias, Sextus Hieremias, Septimus Ezechiel, Octauus liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur Thareaſra, Tertius ordo agiographa poſſidet, Et primus liber incipit ab Iob, Secundus a Dauid quem quinque inciſionibus & vno Pſalmorum volumine comprahendit, Tertius eſt Salomon, tres libros habens Prouerbia quem illi parabolas, id eſt, miſle appellant, Quartus Eccleſiaſten, id eſt, Coeleth, Quintus eſt Canticum canticorum quem titulo Schiraſirim prænotant, Sextus eſt Daniel, Septimus Drabreiamim, id eſt, verba dierum, quod ſignificantius Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare, qui liber apod nos Paralippomenon primus & ſecundus inſcribitur, Octauus Eſdras, q & ipſe ſimiliter apud græcos & apud latinos, in duos libros diuiſus eſt, Nonus Heſter , Atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo, id eſt. Moyſi quinque, Prophetarum octo, & Agiographorum nouem, quamquam nonnulli Ruth & Cinoth inter agiographa ſcriptitent,

 & hos

& hos libros in ſuo putēt numero ſupputandos, ac per hoc eſſe priſcæ legis libros viginti quatuor, quos ſub numero viginti quatuor ſeniorum Apocalypſis Ioānis inducit, adorātes agnū & coronas ſub proſtratis vultibus offerentes ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id eſt, in præteritū & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus domin⁹ deus oīpotēs, q erat & qui eſt, & qui venturus. Hic prologus quaſi ſcripturarum galeatum principium omnibus libris quos de hebræis vertimus in latinum conuenire poteſt, vt ſcire valeamus, quod extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponēdum. His verbis ſanctus Hieronymus, quæ de veteris teſtamenti canone ſunt, ſcripturas fideliter expreſſit, Cui ſanctus Mellito Sardenſis eccleſiæ venerandus antiſtes, vetuſtiſſimus doctor, quem Tertullianus quoque prophetam teſtatur. Vixit autem circa annum domini c.xl. taliter ſubſcribit: Mellito Oneſimo fratri Salutem. Quoniamquidem frequenter me rogaſti pro ſtudio quod habes erga verbum dei, vt excerpam tibi teſtimonia ex lege & prophetis de ſaluatore & fide noſtra, ſimulque indicem, qui ſit ordo vel numerus veteris teſtamenti voluminum, poſtulata libenter impleui, ſciens ꝙ ſit in te diſcendi ſtudium, vel magna fidei deuotio, & vt vitæ deſiderio nihil præponas. Scias ergo me perrexiſſe vſque ad orientis locum, vbi prædicationis noſtræ cœpit exordium, & vbi geſta ſunt illa omnia quæ leguntur ſcripta, ibique diligenter de omnibus exploraſſe, quæ eſſent veteris teſtamenti volumina. Ibi igitur quæ cum omni inueſtigatione comperi hæc ſunt, Moyſi libri quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Tum deinde Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralippomenon libri duo, Pſalmi Dauid, Salomonis prouerbia, & quæ Sapientia, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum, Iob, Prophetæ autem, Eſaias, Ieremias, duodecim prophetarum liber vnus, Daniel, Ezechiel, Eſdras. Ex his ergo eclaſastibi, id eſt, excerpta teſtimonia in ſex libris digeſta tranſmiſi, hæc ille.

Apoc. 4. 5

Orige-

Origenes vero de eiuſmodi ſcripturis in hunc ſcribit modum. Non eſt ignorandum viginti duos eſſe libros in canone veteris teſtamenti ſicut Hebræi tradunt, ſecundum numerum ſcilicet elementorum, quæ apud ipſos habentur. Hi ſunt autẽ viginti duo libri, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu naue, Iudicum, Regum primus & ſecundus vnus apud illos, quem nominant Samuel, item tertius & quartus vnus eſt apud ipſos quem appellant Regnum Dauid, Paralipomenon primus & ſecundus in vno habentur, quem dicunt ſermones dierum, Eſdras primus & ſecundus in vno eſt, Item liber Pſalmorum, Salomonis prouerbia, & alius Eccleſiaſtes, & eiuſdem tertius, Cantica canticorum, Sed & duo decim prophetarum liber vnus eſt, Eſaias propheta Ieremias, Ezechiel, Daniel, Iob, Heſter, In his concludunt Canonem vlouminum diuiuoꝝ. hæc ille.

Nec inutile arbitror eoꝝ etiam qui foris ſunt, nempe Iudęorum, de ipſis libris audire teſtimonium, Ioſephus Iudæus, hiſtoricus inſignis de huius canonis ſcripturis ſic habet, Solummodo prophetis antiquiſſima quidem & veterrima ſecundum inſpirationem factam a deo cognoſcentibus, conſcribendi poteſtas data eſt, Neq; infiniti libri apud nos habentur, diſcordantes & ſibimet repugnantes, ſed ſolummodo duo & viginti habentes temporis totius deſcriptionẽ, quoꝝ iuſte fides admittitur. Horum ergo quinq; quidẽ ſunt Moyſeos, qui natiuitates continent & humani generis traditionem habent vſq; ad eoꝝ mortẽ, hoc tempus a tribus millibus annis paululum minus ẽ. A morte Moyſeos vſq; ad Artarxenſem, Perſaꝝ regẽ qui fuit poſt Xerſem, prophetæ poſt Moyſen & q̃ ſecundum eos ſunt geſta conſcripſerunt, in tredecim libris. Reliqui vero quatuor, hymnos in deũ & vitæ humanæ noſcũtur pignora continere, Ab Artarxerſe vero vſq; ad noſtꝝ tẽpus ſingula qdẽ conſcripta, non tamẽ priori ſimili fide ſunt habita, eo qꝫ non fuerit certa ſucceſſio prophetaꝝ. Palã nãq; eſt ipſis opib⁹ quẽ admodũ nos proprijs literis credim⁹. Tãto nãq; ſeculo iã p̃terito, neque adijcere quicquam aliquis, nec auferre, nec tranſ-

formare præſumpſit, Omnibus enim inſertum eſt mox & prima generatione Iudæis, hæc diuina dogmata nominare, & in his vtique permanere, & propter ea, ſi oporteat, mori libēter. Hæc de Canonicis veteris teſtamenti ſcripturis adducta ſufficiant, pluribus eadem teſtimonijs infra ponēdis roboraturi. Iam noui teſtamenti ſcripturas videre libeat, de q̄bus ita ſcribit ſanctus Hieronymus.

QVAE SCRIPTVRAE CANO. diui. noui teſtamenti.

TAngam & nouum breuiter teſtamentum Mathæus, Marcus, Lucas, & Ioānes, quadriga domini, Paulus apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias, Octaua ad Hebreos a pleriſque extra numerum ponitur, quos idem Hieronymus alibi improbat dicens: Magis opus eſſe credendum, quæ tanto doctrinæ ſuæ fulget eloquio quam alicuius alterius. Decem ergo ſunt epiſtolæ quas apoſtolus ad eccleſias ſcripſit, ſcilicet ad Romanos vnam, Ad Corinthios duas, Ad Galatas vnā, Ad ad Ephe. vnā ad Coloſſ. vnam, Ad Theſſa. duas, Ad Hebreos unam. Reliquę ſunt adhuc quatuor ad diſcipulos ſuos ſpecialiter directę ſcilicet, Ad Thimotheum duæ, Ad Titū vna, Ad Philomenem vna, Hos ſequuntur Actus apoſtolorum, Hunc vero ſeptem epſtolæ apoſtolorum, Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ, Vltimus eſt Apocalypſis Ioannis, atque ita fiunt pariter nouæ legis libri viginti ſeptem, ſcilicet quatuor Euangeliorum, Epoſtolæ Pauli quatuordecim, Actus apoſtolorum. Epiſtolæ Iacobi, Petri, Ioannis & Iudæ, ſeptem, & Apocalypſis Ioannis, Hæc Hieronymus. Cui venerabilis Origenes in hæc verba ſubſcribit.

¶Ex traditione didici de quatuor euangelijs, q͂a hæc ſola abſque vlla contradictione ſuſcipi debent, in omnibus q̄ ſub cœlo ſunt eccleſijs dei, Ita enim tradiderunt patres, q͂a primum oīm ſcriptum ſit Euangeliū a Matthæo q aliquādo fuerat publicanus, hebraicis literis, & traditum his qui ex circūciſione crediderant, Secundum vero ſcriptum eſſe a Marco, iuxta

Lucæ. 5.

ea quæ

ea quæ ſibi tradiderat Petrus, de quo & in epiſtola ſua com-
memorat dicens. Salutat vos filius meus Marcus. Tertium eſ- 1.Petr. 5.
ſe ſecundum Lucam, quod Paulus apoſtolus collaudat, tanquã 2.Cori.8
his qui ex gentibus crediderant ſcriptum. Super omnia vero
eſſe euangelium Iohannis. Is vero qui idoneus factus eſt mini 2.Cori.13. Roma 15
ſter noui teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Paulum dico, q̃ re
pleuit euangelium ab Hieruſalem in circuitu vſq; ad Illiricum
Nec ad omnes eccleſias quas docuerat ſcripſit, ſed quatuor-
decim ſolas epiſtolas, & in ipſis plures breuiſſime ſcribit, quã
uis & nonnulli de ea quæ ad Hebræos ſcripta eſt dubitauerint
pro eo quod non videatur in ea ſeruari eius illa ſententia quã
de ſeipſo pronunciat dicens, ſe imperitum eſſe ſermone. Sed 2.Cor.11
ego dico, ſicut mihi a maioribus traditum eſt, quia manifeſtiſſi-
me Pauli eſt, & ſemper omnes antiqui maiores noſtri, ita eam
vt Pauli epiſtolam ſuſceperunt. Si vero requiratur a me, per
quem ſit eius ſermo compoſitus, pro certo quidem deus vide-
rit. Opinio tamen quæ ad nos vſq; peruenit huiuſmodi eſt. A
quibuſdam dicebatur, q̃ Clemens, apoſtolorum diſcipulus, &
epiſcopus vrbis Romæ, græco eam ſermone, non tamen ſenſi
bus expoliuerit, alñ q̃ Lucas q̃ euangeliũ ſcripſit & act' apoſto
lorum. Petrus vero ſuper quem Chriſti fundatur eccleſia, duas Matth.16
tantummodo epiſtolas ſcribit, e quibus a nonnullis & de ſecũ
da dubitatur. Iohannes qui ſupra pect' domini recubuit, poſt
euangelium ſcribit & Apocalypſim. In qua tamen reticere
iuſſus eſt quid tonitruorum voces locutæ ſint. Scripſit aũt &
tres epiſtolas, e quibus duæ perbreues, de quibus & apud quo
ſdam dubia ſententia eſt. Hæc pro Origene ex Euſebio Cæ-
ſarienſi deſumpſi, Origenis codice originali deſtitutus, vnde
mihi conſtare non potuit, an ſubſequenter Origenes etiã apo-
ſtolorum Iacobi & Iudæ recenſuerit epiſtolas, licet earum au-
toritati præiudicetur nihil, ſi prætererit, q̃ illas vniuerſalis ec
cleſia, ſicut infra patebit, in canonem manifeſte conſcripſerit.
Hic tamen velim candidus lector aduertat, quanto ſtudio, quã
ta cura diligentiaq; maiores noſtri, patres cum ſanctitate, tum
virtute ac ſcientia perſpicui, veterrimi doctores, pro denotan

M iij dis

dis, & ex nomine deſignandis, numerandiſq; diuinis ſcripturis deſudarint, ne poſteri vel ignorantia vel prauo aliquo, vel vano, ſiue peregrino dogmate ſeducti, a fidei ſynceritate demigrarent. Attendat etiam quanta veneratione, quas earum præ deceſſores inter canonicas ſanxerunt, complexi ſunt ſcripturas, vt nec addere, nec demere quicquam præſumpſerint, comperietq; noſtrorum nouitiorum euãgeliſtarum manifeſtam inſaniam & furorem, quo vel in canonem traijciunt, vel e canone detrudunt, aut deniq; rurſus in canonem ſufficiunt, quaſcũque perfidiæ furore agitati voluerint, nihil canonicũ, nihil firmum, ſanctum nihil habentes, quod eorum cauterizata pollutaq; ſit & mens & conſcientia, ſed nos quod reliquum eſt proſequamur.

¶ Aliæ ſunt ſcripturæ in eccleſia Chriſti canonicæ, quæ dicuntur a maioribus eccleſiaſticæ, ſeu diuinis annumeratæ, hæ ſunt quæ vniuerſalis eccleſiæ iudicio ad comprobandam fidẽ, eaque roboranda quæ in contentionem veniunt, ſolum apud & inter fideles autoritatem obtinuerunt, & ideo ab orthodoxis patribus antiquioribus (eas duntaxat quæ proprie canonicæ ſunt deſignare curantibus) non ſemel prætermiſſæ reperiũtur. Sunt autem iſtæ, liber Sapiẽtiæ, Eccleſiaſticus, Tobias, Iudith, Machabæorum duo, de quibus ita ſcribit Hieronymus. Sapientia quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Syrach liber, Iudith, & Tobias, & paſtor, non ſunt in canone ſcilicet hebræo. Machabæorum autem libri, licet non habeantur in canone hebræorum, tamen ab eccleſia inter diuinorum voluminum annotantur hiſtorias. Apud hebræos liber Iudith inter apocrypha legitur, cuius autoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Hunc tamen librum Synodus Nicena, in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, librum vero Tobiæ, hebræi de catalago diuinarum ſcripturarum ſecant, his quæ Apocrypha memorant mancipantes.

¶ Auguſtinus: Prophetaſſe etiam ipſe Salomon reperitur in libris ſuis, quorum tres recepti ſunt in autoritatem canonicã.

Prouer-

Prouerbia, Eccleſiaſtes & cantica canticorũ, alij vero duo, quorum vnus, Sapiẽtia, alter vero Eccleſiaſticus dicitur, propter eloquij nonnullam ſimilitudinem, vt Salomonis dicantur, obtinuit conſuetudo. Non eſſe autem ipſius, non dubitant doctores, eos tamen in autoritatem maxime occidentalis antiquitus recepit eccleſia. Et alibi: Quorum ſupputatio temporum non in ſcripturis ſanctis quæ canonicæ appellantur, ſed in alijs inuenitur, in quibus & Machabæorum libri quos non Iudæi, ſed eccleſia pro canonicis habet. Idem, hanc ſcripturam quæ appellatur Machabæorum, non habent Iudæi ſicut legem & prophetas & Pſalmos, quibus dominus teſtimonium perhibet dicens. Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege, & prophetis, & Pſalmis de me, ſed recepta eſt ab eccleſia non inutiliter. De his etiam Iſidorus ſic habet, librum Sapientiæ, q apud Hebræos nuſquam eſt, Iudæi Philonis eſſe affirmant. Eccleſiaſticus apud Iudæos reperitur, ſed apud Apocrypha habetur, Iudith, Tobiæ, Machabæorumq; libri quibus autoribus ſcripti ſunt, minime conſtat. Lucæ. 24.

¶De libro Sapientiæ Euſebius Cæſarienſis ita ſcribit. Verum hic ſcilicet Egeſippus in quinto commentariorum libro & Hyreneus, & omnis antiquorum chorus librum qui intitulatur Sapientia, Salomonis dixerunt, ſicut & Prouerbia, id quod efficaciter probat dominus Iudocus Clitoueus doctor theologus Pariſienſis in ſuo commentario ſuper Damaſ. multis argumentis oſtendens librum iſtum non poſſe eſſe Philonis. At reliquum eſt, vt ſimul de vtriſq; apud eccleſiam Canonicis, id eſt diuinis & eccleſiaſticis, maiorum noſtrorum īferam⁹ teſtimonia.

¶Ciprian⁹. Quæ ſint noui ac vete. teſt. volumina q̃ ſcd̃m maiorum traditionẽ p ip̃m ſſ. inſpirata credũtur et eccleſijs Chriſti tradita, competẽs videtur in hoc loco euidẽti numero, ſicut ex patrum monimẽtis accepimus deſignare. Itaq; veteris inſtrumenti. Primũ oĩm Moiſi quinq; libri ſunt traditi Gen. Exo. Leuit. Num. Deute. Poſt hæc Ieſu naue, Iudicũ Saul cum Ruth. Quatuor poſt hæc Regum libri, quos hebræi duos numerant Paralipomenon qui dierum dicitur liber, Et Eſdræ libri duo,

qui apud illos ſinguli computãtur, & Heſter. Prophetarum vero, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Præterea duodecim prophetarum liber vnus. Iob quoq; & Pſalmi Dauid, ſinguli ſunt libri. Salomonis vero tres eccleſijs traditi Prouerbiorum Eccleſiaſtes Cantica canticorum. In his concluſerunt librorũ numerum veteris teſtamenti. Noui vero quatuor euangelia Matthæus Marcus Lucas Iohannes. Actuum apoſtolorũ quos Lucas ſcripſit. Pauli apoſtoli epiſtolas quatuordecim; Petri apoſtoli epiſtolas duas. Iacobi fratris domini & apoſtoli vnã Iudæ vnã, Iohannis tres, Apocalypſim Iohãnis. Hæc ſunt q̃ patres intra Canonem concluſerunt, ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt. Sciendum autem eſt q, & alij libri ſunt, qui non canonici, ſed eccleſiaſtici a maioribus appellati ſunt, vt eſt Sapientia Salomonis & alia ſapientia quæ dicitur filij Syrach, qui liber apud latinos hoc ipſo generali vocabulo, Eccleſiaſticus appellatur, quo vocabulo non autor libelli ſed ſcripturæ qualitas cognita eſt. Eiuſdẽ ordinis eſt libellus Thobiæ & Iudith & Machabæorum libri. In nouo vero teſtamento libellus qui dicitur Paſtoris ſiue Hermetis, qui appellatur duæ viæ, vel iudicium ſecundum Petrum, quæ omnia legi quidem in eccleſijs voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam. Hæc nobis a patribus tradita oportunum viſum eſt in hoc loco deſignari, ad inſtructionem eorũ, qui prima fidei elementa ſuſcipiunt, vt ſciãt ex quibus ſibi fontibus, verbi dei, haurienda ſint pocula. Hæc ille.

¶ Auguſtinus. Credit ciuitas dei ſcripturis ſanctis & veteribus & nouis quas canonicas appellamus, vnde fides accepta eſt. Porro quas dicere velit canonicas alio nobis loco ſubindicat dicẽs. Totus canon ſcripturarũ his libris continetur. Quinque Moyſeos id eſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Nũeri, Deuteronomio, vno alio Ieſu naue, vno iudicum, & vno libello q vocatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia pertinere videtur. Deinde quatuor Regum, & duobus Paralipomenon, non conſequentibus, ſed quaſi à latere adiunctis ſimulq; pergentibus, hæc eſt hiſtoria, quę ſibimet annexa tempora continet atq; ordinem

ordinem rerum. Sunt aliæ tanquam ex diuerſo ordine, quæ neque huic ordini neq; inter ſe connectuntur. Sicut eſt Iob, & Thobias, & Heſter & Iudith & Machabæorum libri duo, & Eſdræ duo qui magis ſubſequi videntur ordinatam illam hiſtoriam, vſq; ad Regnorum vel Paralipomenon terminatã. Dein de prophetæ e quibus Dauid vnus liber Pſalmorum, Salomonis tres, ſcilicet Prouerbiorum, Canticorum & Eccleſiaſtes. Nam illi duo libri vnus qui eſt Sapientia & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicũtur. Nam Ieſus Syrach eos ſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur. Qui tamen quoniam in autoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt eorum libri q pro prie prophetiæ appellati ſunt. Duodecim prophetarum libri ſinguli, qui connexi ſibimet, quoniam nunquam ſeiuncti ſunt pro vno habentur. Horum nomina prophetarum ſunt hæc. Oſeæ, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophetæ maiorum voluminum. Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. His quadraginta quatuor libris veteris teſtamenti terminatur autoritas. Hæc Auguſtinus: Sed ſcito, quod in ſecũdo libro retractationum capitulo quarto, retractat quod hic dixit. Ieſum ſcilicet filium Syrach Sapientiæ librum ſcripſiſſe his verbis. Iſtud non ita conſtare ſicut a me dictum eſt, poſtea didici & omnino probabilius comperi, non eſſe hunc eius libri autorem. Subdit autem continenter vbi ſupra hoc modo. Noui autem teſtamenti autoritas his libris terminatur. Quatuor euangeliorum, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Iohannem. Quatuordecim epiſtolis Pauli ad Romanos vna, ad Corinthios duabus, ad Galatas vna, ad Epheſios vna, ad Philippenſes vna, ad Theſſalonicenſes duabus, ad Coloſſenſes vna, ad Timotheum duabus, ad Titum vna, ad Philemonem vna, ad Hebræos vna, Petri duabus, Iohannis tribus, vna Iudæ & Iacobi. Actibus apoſtolorum libro vno, Apocalypſi Iohannis libro vno. Hæc Auguſt.

¶ Iohannes Damaſcenus, Quatuor Pentatheucis libri vete

ris teſt. combinantur duabus extantibus ſuper prima pẽtatheu cus legales dicuntur. Geneſis ſcilicet Exodus, Leuiticus, Nu meri, Deuteronomium. Alia Pentatheuc⁹ Agiographa.i. ſan ctorum ſcripta dicuntur, Ieſus naue Iudicũ cum Ruth. Regno rum primus & ſecundus, liber vnus, Regnorũ tertius & quar tus liber vnus, Paralipomenon primus & ſecundus, liber vnus, Tertia Pentatheucus ſunt libri verſu facti. Iob ſcilicet, Pſalte rium, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Cantica canticorum. Quarta pentatheucus prophetica, duodecim prophetarum li- ber vnus. Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Deinde Eſdrę duo Heſter: Qui aũt omnium virtutum doctrina referti ſunt, hoc eſt Sapientia Salomonis, & Sapientia Ieſu quam pater Sy rach compoſuit hebraice, græce interpretatus eſt nepos Ieſu filius Syrach, ſtudioſi quidem hi libri pulchriq; & honeſti, ſed non numerantur in propheticis libris, neq; ponebantur in ar- ca. Noui vero teſtamenti ſunt quatuor euangelia, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundũ Iohannem. Actus apoſtolorum Lucæ euangeliſtæ: Catholicæ epiſtolę ſeptem, Iacobi vna, Petri duæ, Iohannis tres, Iudę v- na: Pauli apoſtoli epiſtolæ quatuordecim Apocalypſis Iohan- nis euangeliſtæ, Canones ſanctorum apoſtolorum per Clemen tem. Hæc Damaſcenus.

¶ Iſidorus. Hebræi vetus teſtamentum, Eſdra autore iuxta numerum literarum ſuarum in viginti duobus libris accipiunt, diuidentes eos in tres ordines. Primus ordo in quinq; libris Moſi accipitur, id eſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Numero, & Deuteronomio. Secundus eſt prophetarum in quo continen- tur, Ioſue, Iudicum. Regum primus & ſecundus, Eſaias, Hie- remias, Ezechiel, duodecim prophetarum. Tertius ordo eſt Agiographorum id eſt ſancta ſcribentium, in quo ſunt nouem ſcilicet Iob, Pſalmorum, Prouerbia, Eccleſiaſtes. Cantica can- ticorum, Daniel, Paralipomenon, Eſdras, Heſter. Quartus eſt apud nos ordo veteris teſtamenti, eorum librorum qui in canone hebræo non ſunt, quorum primus Sapientiæ liber eſt,

ſecundus Eccleſiaſticus, tertius Tobias, quartus Iudith, quintus & ſextus Machabæorum libri. Quos licet hebræi inter apocrypha ſeparent. Eccleſia tamē Chriſti, inter diuinos libros & honorat & prædicat. In nouo autem teſtamento duo ſunt ordines, primus euangeliorum in quo ſunt Matthæus Marcus Lucas & Iohannes. Secundus apoſtolicus, in quo ſunt Paulus in quatuordecim epiſtolis, Petrus in duabus, Iohannes in tribus, Iacobus & Iudas in ſingulis, Actus apoſtolorum & Apocalypſis. Hæc Iſidorus. Nec ab his diſſentit Innocentius primus in ſua epiſtola ſic ſcribens.

¶Innocentius. Qui vero libri recipiantur in canone breuis annexus oſtendet. Hæc ſunt ergo quæ deſiderata voce mouere voluiſti. Moſi libri quinque id eſt Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Ieſu naue & Iudicum, & Regnorum libri quatuor ſimul & Ruth, Prophetarum libri ſedecim Salomonis libri quinque, Pſalterium. Item hiſtoriarum Iob liber vnus, Tobiæ vnus, Heſter vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Eſdre duo, Paralipomenon duo. Item noui teſtamenti, euangeliorum libri quatuor. Epiſtolę Pauli quatuordecim, Epiſtolæ Iohannis tres, Epiſtolæ Petri duæ, Epiſtola Iudæ, Epiſtola Iacobi. Actus apoſtolorum, Apocalypſis Iohannis. Cætera autem quæ vel ſub nomine Petri & Iohannis quæ a quodā Leucio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ Axenotharde & Leonide Philoſophis, vel ſub nomine Thomæ ſcripta ſunt, & ſi qua ſunt alia, non ſolum repudianda, verumetiam noueris eſſe damnanda. Hæc Innocenti⁹. Cui ſanctus Auguſtinus his verbis ſubſcribit. Si qs aliquas ſcripturas, præter eas quas eccleſia catholica recipit, vel autoritatem habendas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus, anathema ſit. Porro ne deſit etiam vniuerſalis eccleſiæ teſtimonium, Carthaginenſis concilij tertij, cui beatus interfuit Auguſtinus decretum, de ſcripturis canonicis in canone. xxxvi. poſitum ſubſcribendum duximus.

¶Item placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil legatur

in eccleſia ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem Canonicæ ſcripturæ hæ. Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob, Pſalteriũ, Salomonis libri quinq;, libri duodecim prophetarũ, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudit, Heſter. Eſdrę libri duo, Machabæorum libri duo. Noui teſtamenti Euangeliorum libri quatuor, Actuum apoſtolorum liber vnus. Epiſtolæ Pauli tredecim, eiuſdem ad Hebræos vna, Petri apoſtoli duæ, Iohãnis apoſtoli duæ vel tres, Iacobi apoſtoli vna, Iudæ apoſtoli vna, Apocalypſis Iohannis liber vnus. Hoc etiam fratri & conſacerdoti noſtro Bonifacio & alijs earũ partium epiſcopis pro confirmando iſto Canone innoteſcat, quia a patribus iſta accepimus in eccleſia legenda, liceat etiam legi paſſiones martyrũ cum anniuerſarij dies eorum celebratur, hæc ibi. Eaſdem quoq; ſcripturas decernit Canonicas Canon. ccxlix. Concilij Africani, vt in ore trium, videlicet vniuerſalium conciliorũ, ſummorum pontificum, & aliorum ſanctorum patrum ac maiorũ, ſtet omne verbum pro canonicis ſcripturis receptum, de quibus ſanctus Auguſtinus in quadam ad ſanctum Hieronymũ epiſtola ſic ſcribit. Ego ſolis eis ſcripturarum libris q iam Canonici appellantur didici hunc timorem honoremq; deferre, vt nullum eorum autorem ſcribendo erraſſe audeam credere aut ſi aliquid in eis offendero quod videatur contrarium veritati, nihil aliud exiſtimem, quam vel mendoſum eſſe codicem, vel non eſſe aſſecutum interpretem, quod dictum eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, quantaue doctrina polleant, non ideo verum putem quia ipſi ita ſenſerunt, ſed qa mihi p alios autores, vel Canonicas vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat perſuadere potuerunt. Nec te mi frater ſentire aliud exiſtimo, prorſus inquam, non te arbitror ſic legi libros tuos velle, tanquam prophetarum vel apoſtolorum, de quorum ſcriptis quod omni errore careant, dubitare nepharium eſt. hæc ille.

PERORATIO AVTORIS.

EN pater reuerende, quæ ſecundum maiorum traditionem, & omnium vnanimem conſenſum ab initio naſcentis eccleſiæ, tam veteris quam noui teſtamenti ſcripturæ habitæ ſint canonicæ, breuiter deſcripſi, nihil ex meo confingens, ſed ſanctorum patrum teſtimonia fideliter proferens, ꝙ ſcriptũ ſciam, Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, propter quod & Paulus ait: Itaque fratres ſtate & tenete tarditiones quas didiciſtis. Dominus quoque per Hieremiam ait: Interrogate de ſemitis antiquis quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris: Non (inquit) vobis erit refrigerium in nouis quibuſlibet adinuentiunculis, ſed in bonę veterioriſque viæ diligenti obſeruantia refrigerabũtur animæ veſtræ. At quænam via iſta antiqua & bona, niſi de qua ſcriptum legimus: Beati qui ambulant in lege domini: Ab hac qui errauerit, Salomonis iuditio in cœtu gigantum, id eſt, perditiſſimorum hominum vel ſpirituum immundorum commorabitur. Hac ergo cunctis pie credentibus incedendum via, non ad dextram neque ad ſiniſtram declinandum, In hac enim ſcriptura illæ numerantur, quæ a nobis tanquam vere canonicæ ſunt acceptandæ, reuerenter exoſculandæ atque ſuſcipiendæ, a quibꝰ nec tranſuerſum (quod aiunt) digitum diuertendum, ſed his fortiter mordicuſque inhęrendum, ut etiam ſi res ita popoſcetit, libenter animã ponamus. Hæc eſt ſapientia de qua dominus ait: Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri, quã ſicut turris Dauidis Salomon cum propugnaculis ædificatã deſcribit: Mille (inquit) clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, qua freti, ſponte contra hæreticos prodimus, eos aggredimur, proſternimus & occidimus, quia muniti, contra ſpiritales naquicias triumphaturi ſecure procedimus. Hæc eſt illa ſalutaris doctrina immaculata conuertẽs animas, teſtimonium domini fidele ſapientiam præſtans paruulis, recta lętificans corda, lucida illuminans oculos. Hæc ſana eſt doctrina, quam docendam, acceptan-

Prouer.22 · 2.Teſ.2. · Hier.7. · Pſal.118 · Prouer.21 · Lucæ.21. · Canti.4. · Ephe.6. · Pſal.18.

Tit.i. dam & ſeruandã Paulus vbique docet. Hæc eſt doctrina ſpi-
1.Timo.i. ritus, qua ſpiritualibus ſpiratualia comparamus, ad quam ſan-
2.Cor.2. ctus hortatur ſpiritus dicens: Fili mi appone cor ad doctrinã meam, nempe in canonicis libris deſcriptam, quæ pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis vt ſit in domino fiducia tua. Vnde & tibi o candide lector eam oſtendi hodie, Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter. In teſtimonio ſcripturarum. In decretis catholicorum conciliorum, & in ſententijs maiorum, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloqa indubitatæ veritatis, reſpondere etiam eis qui contradicunt veritati. Hanc enim ob cauſam eſt a maioribus tam diligenter in autenticis libris numerata, tã reuerenter tractata, tam inconcuſſa ſeruata, vt in tot annorum ſpacijs vel addere vel detrahere quicquam præſumpſerit nemo, ſed earum numerum ſemper cuſtodierunt penitus inconuulſum, diuinę obaudien-
Deut.4 tes iuſſioni qua dicitur. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Quod vtinam nouicij noſtri euangeliſtæ, proprios ſibi ſcripturarum canones ſtatuẽtes, & ſcripturas non alias niſi quas ipſi volunt, ſibi autorizantes, eaſdemque pro ſua leuitate rurſum ab autoritate detrudentes, bene audiuiſſent. Eſſet profecto nobis hodie ſyncerior fidei credulitas, illuſtriorque ſcripturarum veritas auctior ad deum pietas, reuerentialior ad eccleſiam venerabilitas, profuſior ad proximum charitas, maior vitæ religioſitas, amplior maiorum honeſtas, pax Chriſti quæ omnem exuperat ſenſum integrior,
Philip.4. omnis diſcordia Chriſtianis a finibus relegatior, quo tran-
2.Thi.1. quillam quietamque vitam ageremus in omni pietate & caſti-
i.Thi.2. tate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ſanctarum ſcripturarum eruditione ad agnitionem veritatis peruenire.

¶His noſtro libello finem ponimus, quo pro canonicis ſcripturis dinoſcendis, quilibet vti poterit ſecurius, certo certius agnoſcens, quod extra has eſt, quas iam præſcripſimus canonicas, inter apocrypha eſſe ponendum, Nullam autem illarum, quas

rum, quas maiorum noſtrorum iudicio accepimus canonicas aliquis ob quorumcumq; blateramenta extra canonicas rejiciat. Nam ſicut fidem patribus habemus in ſcripturarum decernenda viritate, ita par ē & ſanctioni in decernendis canonicis ſcripturis per eos traditę, pręſertim vbi omnes conſentiunt, pariter exhibeamus. Etenim ſi quiſque noſtrum ſuum iudicium & proprium ſpiritum ſequatur, tot haud dubie Canonici erunt libri, totque e canone rejicientur quot fuerint capita, & pro fidei veritate ſolidum relinquetur nihil. Quocirca maiorum diffinitionibus ſtandum, quemadmodum Paulus noſter manifeſte docet, præcipiens eccleſijs cuſtodire præcepta apoſtolorum ac ſeniorum, & dogmata quæ erant decreta ab apoſtolis & ſenioribus, ne peregrinis ſeducerentur mendacijs, a veritate & ſalute. Acto.15. & .16.

¶Quod ſi mouearis, cur inter reliquas canonicas ſcripturas, libros Eſdræ tertium & quartum (etiam corpori biblię inſertos) non nominauerim, in prompto reſponſio eſt, quod illos licet multa vera contineant, ab eccleſia tamen vel ad fidei probationem ſeu morum inſtructionem, aut ad publicam lectionem, nuſquam compererim receptos, ſed apud Hebræos & Græcos & Latinos, tanquam apocryphos & ſomniculoſos ex ſancto Hiero. didicerim habendos. Vale Reuerende pater, multis mihi noib⁹ chariſs. & hunc meum laborem boni conſule, auibuſque iubeas prodire felicibus. Ex Confluentia prima Aug. M.D.XXVII.

DE SANCTORVM INVOCATIONE.

SAnctoꝝ deniq; cum Chriſto in cœleſti gloria conregnantiũ iuocatio, non ſolũ apud multos dubitabilis, ſed a ſcripturarijs prorſus abominabilis & Chriſtianę fidei ac dei verbo pugnans videbatur, qui quam toto errēt cœlo quam longe ſint ab ipſa veritate, quam vili etiam ac fragili quam tenui & infirmo, imo quam ruinoſo nitantur fundamento, ſeptem catholicis paradoxis, id eſt, egregijs ac

giis ac inſignibus Chriſtianiſſimis ſententijs, adiectis ſuorum quorum ſpecie hallucinantur paralogiſmorum diſſolutionibus, palam faciemus, vt quotquot diebus Sanctus ſanctorum deus omnipotens, vniuerſum mundum e tenebris vanitatis, imo ex nihilo produxit, totidem paradoxis, ſanctorum ſuoꝝ, imo eius q in ſanctis colitur, gloria e tenebris peruerſiſſ moꝝ errorum ſchiſmaticorum, atque ex vaniſſimarum ſuarum captiuncularum nihilo fortiter vindicetur, pariter & eruatur, vt vel ſic tandem eccleſiæ fides & ritus circa ſanctorum inuocationen ſeruatus hactenus, nec religioni noſtræ, neque pietati, neque dei verbo pugnare manifeſtarium omnibus fiat.]

Gen.1. Pſal.150.

AN SANCTORVM INVOCATIO hactenus inter fideles religioſe ſeruata, ideo non debeat admitti vel conſeruari in eccleſia, quia claris & expreſſis verbis aut exemplis (vt plerique friuole iactitant) haud docetur in ſcriptura.

¶ Obſcurum hoc problema, ſepte catholicis paradoxis diſſoluendum promiſimus, horum primum eſto.

PRIMVM CATHOLICVM PARADOXVM

¶ Non omnia in eccleſia vel admittenda vel ſeruanda, Canonicis ſcripturis verbotenus ſunt expreſſa.

PROBATIO,

¶ Neminem adeo obeſi ptuamus ingenij Gratioſe D.P. q fidei et charitati, credendis videlicet & agendis, primum inter admittenda perpetuoque in eccleſia catholica ſeruanda, non tribuat locũ. Hæc eĩm duo caput eccleſiæ Chriſtꝰ oĩbus, & in omni tempe, cũ primis ad ſalutem neceſſaria docuit, De fide ſic inquiens: Pœnitemini & credite euangelio: Qui non crediderit, condemnabitur. De charitate vero: Qui non diligit, habet qui iudicet eum, Sermo meus quem ego locutus ſum, iudicabit eum in nouiſſimo die, hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes & areſcet, & colligent, & in ignem mittent, & ardet.

Col.1. Mar.1. Ioan.12. Ioãnis.15.

det. Quis autem in Chriſto manere putandus eſt, niſi qui in eius fide & charitate perſeuerauerit? Enimuero ſic beatus Ioannes habet. Si quod audiſtis ab initio in vobis permanſerit, & vos in filio & patre manebitis, nam qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Propter hoc ſanctus Paulus de fide ſcribit: Abſque fide impoſſibile eſt placere deo, De charitate: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatē autem non habuero, nihil ſum. Et alius diſcipulus, rurſum. Omnis qui non permanet in doctrina Chriſti, deum non habet, Qui non diligit, manet in morte. i.Ioan.2 i.Ioānis.4 Hebre.11. i.Cor.13. Ioā.2.

¶Inter admittenda igitur ac in eccleſia ſeruanda, fides & charitas credenda & agenda, primum ſibi merito vendicant locum, ſine quibus nemini vnquam potuit contingere ſalus. Inde nulla tenus audiendos arbitramur, qui totam fidelium ſalutem in ſolam reijciunt fidem, quam adeo ad ſalutem ſufficere, contra clariſſimas CHRISTI & apoſtolorum ſcripturas perfricta fronte docent, vt etiā nullā prorſus operum habendam eſſe, vel curam, vel rationem perfidis vocibus aſſerāt: Sola (inquiūt) fides ſaluandos ſaluat, ſola damnandos infidelitas damnat, At quam apertiſſimis hic error ſcripturis pugnet paucis oſtendemus. In Veteri legimus, primos parentes non propter infidelitatem, ſed propter inobedientiam damnatos, Cain non propter infidelitatem, ſed fratricidium iudicatus, vniuerſus orbis, non quia diſcrediderat, ſed quia omnem ſuam viam corrupetat, penitus delctur, Dathan Abyron ac Chore cum ſuis percutiuntur, non propter infidelitatem, ſed ſuperioſitatis contemptū & rebellionem, Flagellātur toties filij Iſrael, non ob diſcredulitatem, ſed ingratitudinem, ſed contradictionē, ſed diuinorum præceptorū tranſgreſſionē, atque illicitam murmurationem, Et Dauid: Perdes, inquit, omnes, non ſolum infideles, ſed omnes qui loquuntur mendacium, Cū Hypopocritis mali ſerui partē Chriſtus ponit, non quia deo non crediderat, ſed quia conſeruos ſuos percuſſerat & cum ebrioſis manducauerat ac biberat, Peccatorum indulgentiam non dimittentib⁹ debita proximis negat, non propter i.Ioan.2 Gen.3. Gen.4. Gen.7. Num.16 Pſal.5. Math.24 Math 6.

illorum incredulitatem, ſed inuidiam vt immiſericordem iniuriarum retentionem, Perditionem comminatur impœnitentibus, non propter incredulitatem, ſed inpœnitentiam, Introitum regni cœlorum haud regeneratis pernegat, non qa non crediderant, ſed quia regenerationis ſacramentum, aut contempſerint, aut nullatenus acceperint. In ominum denique

Math. 7. & 25. Math. 18. generali reſurrectione ſedens pro tribunali pleroſque damnabit, non quod a fide per infidelitatem exciderint, ſed quia ſub fide fuerint operarij iniquitatis, miſericordiæque neglexerint opera, Eccleſiæ ſcandala inferentibus, perditionem minatur, non ob infidelitatem, ſed puſillorum credentium ruinam.

1. Cor. 6. Ephe. 5. Gal. 5. Paulus etiam: Nolite, inquit, errare, neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulterij, neque molles, neq; maſculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei poſſidebunt, Hic apoſtolus nec memoriã infidelitatis habet, ſed in vniuerſum cunctos fornicarios, ebrioſos, auaros &c. dei regno proſcribit, Deficiet me tempus, ſi vniuerſam noſtro propoſito adduxero ſcripturam, Semel accipe, & in ſumma intellige, Decretum eſt ſtatutum eſt, ſic eſt perpetua lege diuinitus ſancitum, Qui non crediderit condemnabitur, Qui non diligit manet in morte, Non ergo ſola fides aut credenda ſufficiunt ad

Sola fides ad ſalutẽ nõ ſufficit ſalutem, ſed & charitas, & charitatis opera fidelibus pariter adijciantur neceſſum eſt, propter quod prima quæ in eccleſia catholica, vel admittenda vel ſeruanda dinoſcuntur, fides & charitas, hoc eſt, credenda & agenda ſunt.

¶ At nec omnia neceſſario credenda nec agenda quæque, canonicis ſcripturis expreſſa leguntur, id quod primo de credendis palam facimus, Tres eſſe numero diſtinctas in indiuiſibiliſſima vna deitate perſonas, nemo dubitat creditu neceſſarium, hoc tamen nulla expreſſa legitur ſcriptura, Et quibus obſecro, quiuis etiam in lege pariter & euãgelio peritiſſimus, vnquam claris & expreſſis ſcripturis probabit, patrem ingenitum:

tum, filium homouſion patri, Spiritumſanctum a patre procedere & filio, CHRISTVM vnam in duabus naturis ſubſiſtere hypoſtaſim, rationalem animam illum cum carne aſſumpſiſſe, in illo duas eſſe voluntates, in triduo mortis illum non fuiſſe hominem, Ipſum in euchariſtiæ ſacramento præſentem ſubſtantialiter ſecundum ſeipſum, ſolam panis ſpeciem laicis ſufficere ad ſalutem, Confeſſionem ſacramentalem hactenus in eccleſia conſuetam (quam neceſſitatis articulus non excludit) eſſe poſt baptiſmum peccatoribus ad ſalutẽ neceſſariam. MARIAM CHRISTI matrem theotocon, perpetuamque manſiſſe virginem, Sanctos apoſtolos & martyres hac vita defunctos, ammodo in cœlis Chriſto conregnare, Papam eſſe verum & immediatum in terris Chriſti vicarium, Indulgentias valere, purgatorium eſſe, & id genus alia, Porro fidelibus hæc neceſſe eſſe credẽda ex eo probamus, quod eccleſię (quæ talia nobis credenda proponit) ſenſum & doctrinã, quilibet fidelis pro infallibili credendorum regula habere tenetur, Alioqui non crederet eccleſiam ſanctam, Non enim poteſt illius ſanctitas ſtare ſine rectitudine doctrinæ fidei ĩ ipſa, de quo ſupra plura ſcripſimus. Non ergo omnia fidelibus neceſſario credenda, nudis verbis in ſacra ſcriptura exprimuntur.

¶ Agedum, oſtendamus idem & de agendis, An non inter agenda in eccleſia admittendæ ſunt firmiſſimeque, modo diuo credamus Paulo, ſeruandæ traditiones apoſtolicæ, cuiuſmodi ſunt, Exorciſmi, benedictiones eccleſiaſticæ, paruulorum baptiſmus, Crucis conſignatio, verſus orientem adoratio, defunctorum fideliũ ĩ tremẽdis miſerijs commemoratio, eccleſiarum conſecratio, altarium erectio, ſacrarum imaginum vſus, & cætera ſimilia quæ nullis expreſſis ſcripturis docentur, Nec paruam autoritatem beatus apoſtolus eccleſiaſticis conſuetudinibus tribuit, quas etiã irrefragibiliter ſeruari cẽſuit, quarum tamen perpaucas ſcripturas commemorat, Quis igitur non videt in ſcri-

2.Theſ.2.
Acto.15.16
1.Cor.11.

in ſcripturis nullatenus omnia expreſſa, quæ per eccleſiam ad mittenda iudicantur? Nonne ſanctus apoſtolus admittēda docet in eccleſia pariter & ſeruanda, quæcunque vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ. At quænam ſcriptura nobis exprimit omnia vera, cuncta pudica, vniuerſa iuſta, quælibet ſancta, ſingula amabilia, quæcunq; bonæ famæ? Non ſunt igitur in ſcripturis expreſſa cuncta ſeruanda. Alio qui vnde tot in eccleſiam irrepſiſſent hæreſes, vnde tot prodiſſent ſchiſmata? In foribus enim nemo delinquit, nec opus iam eſſet ſanctum in eccleſia perpetuo reſidere ſpiritum, vt eam in neceſſarijs ad ſalutem inſtrueret. Nam quæ neceſſitas eſſet eius informationis, ſi ſufficienter per expreſſas ſcripturas in omnibus erudiretur eccleſia? Quid opus eſſet alio doctore, perpetuo illam erudiente? At dominus Chriſtus eccleſiæ ſanctum promiſit paracletum, vt in ea maneret inæternum, inter que ſubortas variarum hæreſum tempeſtates, quæ fluctuantem eam redderent, de omni veritate, etiam ſcripturis haud expreſſa, ſemper faceret certiorem. Itaque manifeſtiſſimum arbitramur, non omnia verbotenus eſſe in ſcripturis expreſſa quæ in eccleſia ſunt fideliter admittenda, & integraliter ſeruanda, niſi contra Chriſtum ac ſcripturam fateamur, ſacrorum vniuerſalium conciliorum religioſa decreta & diffinita prorſus inania, catholicamque eccleſiam, contra ſanctum Paulum, erroribus atque hæreſibus nunquam non maculatam, aut certe cum rethorianis hæreticis, cunctos præteritos hæreticos, verum perpetuo docuiſſe credamus.

Philip. 4. Ioan. 14. Mat 18 Acto. 15. 1. Ti. 3.

¶Hinc clare conſequitur, extra ſcripturæ expreſſa verba eſſe neceſſaria pleraque in eccleſia admittenda & ſeruanda, hoc qui negauerit, infideles ſemetipſos produnt perfidiſque Iudæis pari cęcitate percuſſis ſimilimos, quos vtroſque dominus Chriſtus vno verbo percutit & exibilat dicens: Scrutamini ſcripturas, Quid hac diffinitione clarius, quid elegantius, quid denique validius contra perfidos noſtros ſchiſmaticos

Ioan. 5.

ticos dici potuit, non ad nudas ſcripturas, non ad ieiunam ſcri pturarum lectionem, non ad mortuam ſolam literã, non ad ver borum duntaxat figuras, ſed ad intima, ad medullam, ad ſcruti nium demiſit ſcripturarum? Scrutamini ſcripturas inquit, qa illę teſtimonium perhibent de me. Quaſi diceret, haud recte q̃ ritis, ſola ſcripturarum ſuperficie contenti, penitius introſpici endę ſunt ſcripturæ, intimius penetrandæ, exactius ſcrutãdæ. Harum etenim humili ſcrutinio reuelabitur quod credendum ſeruãdumq; æſtimabitis. Non in ſola ſcripturarum cortice con quiruntur vel explanantur omnia, eccleſiæ neceſſario creẽdda & ſeruanda, imo plura, cum literæ elucidatione, tum ſpiritus ſub litera latitantis ſuggeſtione, pro temporum varietate ac hę reſum inſurgentium qualitate, traduntur, quæ literularum fi guris neutiquam exprimuntur. Propter hoc diuus Hieronymus ait. Marcion & Baſilides & cæteræ hæreticorum peſtes non habent dei euangelium, quia non habent ſpiritum ſanctũ ſi ne q̃ humanũ euãgeliũ non docetur. Nec putem⁹ ĩ verbis ſcri pturarũ eẽ euãgeliũ, ſed ĩ ſenſu: non ĩ ſupficie, ſed ĩ medulla, nõ in ſermonum folijs, ſed in radice rationis. Iudaizant igitur qui extra ſcripturæ verba, nihil in eccleſia admittunt, a qbus haud longe ſunt, qui curioſiſſima ſolicitatione non ceſſant, inſultãter opponentes interrogare. Vbi nam hoc, aut illud, ab vniuerſali eccleſia receptiſſimum, ſcriptum eſt? puta ſub vna ſpecie popu lum communicare, certis diebus a carnibus abſtinere, per qua drageſimam ieiunium ſeruare, & ſimilia. Omnes tales domin⁹ Chriſtus Iudæis comparans, non ad ſcripturas, ſed ad ſcripturarum remittit ſcrutinium, reſpondens illis pro eccleſia ſicut olim Iudęis. Scrutamini ſcripturas, id quod ſi fecerint, indubie ſeſe debitores inuenient, ad credendum & ſeruandum, non ſolum quæ litera ſcripturarum foris tradit, imo etiam ea quæ ab vniuerſali eccleſia ſiue credenda ſiue agenda agnouerint diffinita, Mar. ii

SECVNDVM CAHTOLICVM PAradoxum.

¶ Inuo-

INuocationem ſanctorum Chriſto iam fœliciter conregnantium in cælis, non oportuit ſcripturam expreſſis docere verbis.

PROBATIO.

PRæſentis inſtituti, Reuerend. D. P. non eſt probare ſanctos, in domino quieſcentes, Chriſto iam in cœlis conuiuere ac conregnare, nimirum, quod hoc ipſum in alijs noſtris ſcripturis antea palã fecerimus. At ne & iſtud tuæ, D. ex ſcripturis videatur improbabile, aut ex eo noſtra reddãtur magis dubia, pauculis hoc ipſum ſcripturis ammodo reddimus manifeſtum.

Apoca.3 Qui vicerit, ait veritas, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Porro ſanctos iam glorioſe euiciſſe, putamus inficiabitur nemo, de quibus ſcriptum eſt. Sancti per fidem vicerunt regna,

Hebre.11 operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones. Datum eſt ergo eis ſedere cum Chriſto, non qualitercunq;, ſed quemadmodum ipſe cum patre ſedet in throno eius. At nemo negat illud in Chriſto iam impletum, & nullatenus dilatum. Igitur nec in ſanctis eius dilatum, ſed impletum eſſe oportet.

Alioqui, datum eis non eſſet ſic cum Chriſto ſedere, ſicut cũ

Luc.22 patre Chriſtus ſedet in throno eius. Ad hoc valet quod dominus ait. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper mẽſam meam in regno meo. Porro ne quis dubitaret, quandonam iſtud ſanctis contingere poſſet, iam ante præmiſit. Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis quod percinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Sanctis ergo tunc obueniet in cœlis quieſcere, cum venerit dominus. Hoc autem quando ſit, niſi in mortis hora? Tunc

Lucæ.12. enim veniens dominus ſe præcingit & facit illos diſcumbere ſuper menſam ſuam. Sed vbi putamus locorum? In regno (inquit) meo. Sancti ergo poſt huius vitæ curſum, in cœleſtibus

Luc.12. 2.Cor.5. regnis brauium mox accipiunt, vbi diſcumbentes edunt & bibunt, ſuper menſa eis a domino Chriſto parata. His beatiſſimi Pauli teſtimonium, haud deeſt. Dum ſumus, inquit, in hoc corpore,

pore peregrinamur a domino. Audemus autem & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad dominum. Quid his verbis clarius dici potuit? Dū ſumus, ait, in corpore, peregrinamur a domino. Quaſi dicat, hoc eſt quod incolatum iſtum quotidie deploro, quia in corpore hoc eſſe mortali, pegrinos nos & longe à deo efficit. Quid ergo beatiſſime apoſtole, ſi a corpore iſto fuerimus abſoluti? Præſentes, inquit, ad dominum conſtituimur, præſentes tunc in cœlis eſſe ad dominum, audemus poteſtari. Certo igitur certius eſt ſanctos a corpore peregrinos factos, iam in cælis præſentes eſſe apud dominum. Nec enim vlla admittit pietas, dominum Chriſtum beatiſſimæ ſuæ matri ſemper virgini, reliqſque dilectiſſimis ſanctis ſuis crudeliter denegaſſe, quod iniquo olim latroni miſericorditer indulſit in cruce. Nam huic petenti & dicenti. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum, mox reſponſum accepit. Hodie mecum eris in paradyſo: Quod ſi Chriſtus omnium iuſtus iudex dicit. Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuiq; ſecundū opera ſua, malis autem hinc migrantibus, peccatorum ſtipendia indilate, abſq; omni controuerſia, reddit, nimirum damnationem, cur ſuis electis hinc tranſeuntibus, meritorum prēmia, regna videlicet promiſſa cœleſtia non ſtatim redderet? Qui conſummatis laboribus, & huius exilij curſibus, poſt nouiſſimā horam operarios ſtatim vocari iubet, & reddi mercedem illis. Cum, inquit, ſero factum eſſet, dixit dominus vineæ procuratori ſuo. Voca operarios, & redde illis mercedem. Quando factum eſt ſero, non ſolum vocantur operarij, ſed & merces mox exolui iubetur. Redde, ait, mercedem illis. Non differ aliquantulum, moretur ad tempus, illorum apud te merces, ſed redde in præſenti, abſque dilatione, ſine mora. Alioqui, quomodo eſſent futuri nouiſſimi, primi, & primi nouiſſimi, ſi vniuerſorum ſanctorum merces dilata, pariter omnibus redderetur? Oportet ergo aut CHRISTI euangelium non eſſe verum, aut ſanctos qui in domino mortui ſunt, iam accepiſſe regni cœleſtis mercedem, niſi dominum

Luc. 23

Apoc. 22

Matth. 24
Luc. 16

Matth. 20

ſuę

ſuæ ipſius legis præuaricatorem fecerimus. Ait enim: Non morabitur apud te opus mercenarij tui vſq; mane. Qui ergo
Leuit.19 non vult apud homines operariorum morari mercedem, qui fiet vt non ſtatim & ipſe ſuis fideliſſimis operarijs exolueret? Hinc beatus Iohannes dominum huius ſuæ legis ob-
Apoc.7 ſeruantiſſimum teſtatur vbi ait. Poſt hæc vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum. En quibus dominus Chriſtus ſupra promiſerat in throno ſecum ſeſſu-
Apoca.3 rus, hos diuus euangeliſta, beatos ſe ante thronum vidiſſe ingenue teſtatur. At nos hæc claris probata ſcripturis miſſa facientes, noſtrũ firmemus iſtitutũ. Cum præcipua ſcripturæ ratio ſit vt incognita naturaliter, ad ſalutem tamen cognitu neceſſaria, nobis per ſcripturam innoteſcant. Hæc etenim quia naturaliter hominis cognitionem fugiunt, nec ei niſi per diuinam reue
Eſaiæ.7 lationem (quam per ſcripturas accipit) innoteſcunt, illa ſacram
Iohann.5 ſcripturam expreſſis oportuit docere verbis, quo per ſe pri-
2.Petr.1. mo ad omnium ſalutem ordinata, pro omni tempore omnibus neceſſario credenda erant, quemadmodum & ſancti apoſtoli fidem Chriſti prædicantes, teſte venerando Origene, de qbuſdam quidem quæcunq; neceſſaria putauerunt omnibus credentibus, etiam his qui pigriores erga inquiſitionem diuinæ ſcientiæ videbantur, manifeſtiſſime tradiderunt. Horum autem de
Act.4.10 albo non eſt ſanctorum inuocatio. Alioqui falſo teſtaretur ſcriptura, non eſſe ſub cœlo datum aliud a nomine Ieſu, nomen, hominibus in quo ſaluos eos fieri oporteret. Etſi enim ſanctorum inuocatio, extra nomen domini Ieſu nequaquam fiat, id quod infra monſtrabimus, non eſt tamen de illorum numero, ſine quorum fide, nulli vnquam ſalus contigit. Quamobrem illam haud oportuit ſcripturã claris & expreſſis proponere verbis, præſertim, quod Chriſtus eccleſiæ caput, omnem veritatem chriſtianæ pietati conducibilem, nullatenus docturus erat
Iohan.16 eccleſiam per ſolas euidentes nudaſq; ſcripturas, ſed & ſpiritu ſancto, de quo pronuntiauit. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Clarificat filius patrem, cum ea

quæ

quæ per prophetas locutus eſt pater, vera fuiſſe declarat. Clarificat & filium ſpiritus, tum quando ad filij doctrinam populo fideli communicandam, ſecretis eccleſiam īſpirationibus illuſtrat, tum quando veritatem quamlibet catholicam fidelib⁹ conducentem, licet expreſſis ſcripturis minime patentem, orthodoxorum patrum eruditionibus ac interpretationibus lucu lentius apertiuſq; annunciat, ne in rebus vehementer ambiguis, eccleſia perpetuo nutet ac fluctuet.

¶ At dum hæc ſcribo, quoſdam ſubmuſſitātes audio. Si ſanctorum inuocatio adeo non eſt neceſſaria, vt etiamnum illam neutiquam credi oporteat, quid ergo tot, tantæq; de ea mouētur in eccleſia tragœdiæ, vt qui negauerit illam, omnino ſicut ethnicus & anathema maranata habeatur. Reſpondemus: Sanctorum inuocationem non eſſe fidelibus neceſſariam, prorſus inficias imus, nec hoc docuimus, imo fatemur ingenue eam apprime neceſſariam, id eſt, plurimum vtilem, ac fidelium ſaluti haud parum conducibilem: non tamen aſſerimus eam, de illorū numero, quæ omni tempore, omnibus neceſſario credenda fuere. Alioqui abſq; ſanctorum inuocatione & eius fide, nemini vnquam potuiſſet contigiſſe vel hodie contingere ſalus, id quod omnino falſum eſt, licet aliquos illorum inuocatione op⁹ habere, nequaquam diffiteamur: quod beatus Ambroſius his verbis teſtatur: Videtis quod magno peccato obnoxia, minus idonea ſit quæ pro ſe precetur, quæ pro ſe impetret. Adhibeat ergo ad medicū alios precatores: Aegri enim niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare non poſſunt, infirma eſt caro, mens ægra eſt, & peccatorum vinculis impedita, ad medici illius ſedem, debile non poteſt explicari veſtigium. Obſecrandi ſunt angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt. Martyres obſecrandi ſunt, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vendicare. Poſſunt pro peccatis orare noſtris, qui proprio ſanguine ſi qua habuerunt peccata lauerunt, & cæte. Et beatus Auguſtinus. Ad protegendam gratiam diuinitus datam, ad hanc non expellendam, dominus addidit angelos, & omnes ſpiritus bea-

tos, addidit quoque omnes in æterna vita collocatos, addidit & in carne viuos & totam ſanctam eccleſiam omnibus in ſuo bono ſuccurrentem. Et rurſum in lib. xxi. de ciuitate dei cap. vltimo, ponit aliqua delicta, quæ ad ſuam purgationem vltra omnia ſic viuentis merita adeo requirunt ſanctorum intercesſionem, vt indulgentiam abſque illorum patrocinio nequaquam
Pſal. 31 mereantur. Et forſan de huiuſmodi culpa Pſalmiſta ait. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, i tempore opportuno. Eſt ergo ſanctorum inuocatio eccleſiæ neceſſaria, & ideo in eccleſia
Matt. 18. magnifice commendata, a cuius ſententia quicunque volens deſciſcit iuſte anathema iudicatur. ¶Non autem prorſus idem eſt, ſanctorum inuocationem ſic non credere neceſſariam quaſi non poſſit aut, id quod catholici aſſerunt, nolit deus, abſque illa quenquam ſaluare: quemadmodum fidem, gratiam, ac charitatem neceſſaria arbitramur, & eam omnino non neceſſariam, imo ſuperuacuam, ac inutilem credere, id quod hæretici profitentur, in hoc a catholicis ac veritate, imo & ipſa pietate chriſtiana omnino diſsentientes, idcirco merito tanquā anathema maranatha habentur.

¶Porro qui ſanctorum inuocationem ideo non recipiunt, quod eam in ſcripturis expreſſam nequaquam legūt, in eo hallucinantur, quod omnium in eccleſia admittendorum, eandem arbitrantur neceſſitatem, id quod non eſſe, & ex ſuperioribus oſtendimus, & exemplo apoſtolici decreti, quod a principio naſcentis eccleſiæ de quorundam cibariorum abſtinentia apoſtoli ſtatuerunt, probamus. Viſum eſt (inquiunt) ſpiritui ſancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc ne-
Act. 15 ceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, &c. Ecce manifeſte aſſeritur neceſſaria q̃rundam cibariorum abſtinentia. At quam non fuerit ſimplici-
1. Tim. 4. ter ac pro omni poſt futuro tempore fidelibus neceſſaria, eiuſdem decreti retractatio per apoſtolum Paulum, ſpiritusſancti autoritate facta declarat vbi ait. Omnis creatura dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.

tur. Sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Non ergo omnium quæ in eccleſia recipiuntur, eadem eſt neceſſitas, pro eo quod quædam ſic admittuntur, vt perpetuo inuariata, omnibus omni tempore ſint ad ſalutem neceſſaria, ſicut eſt fides, gratia, charitas, ſpes, & huiuſmodi, vel quæ ſcripturam habent expreſſam. Sunt & quæ pro fidelium ac temporum ratione & varietate ſtatuuntur neceſſaria, non tamen ſic, quod abſq; illis non poſſit eſſe ſalus, ſed vel propter reuerentiam & honeſtatem, vel ſcandalorum ſeu etiam periculorum vitationem, vel propter ordinem & vnitatem in eccleſia ſeruandam, aut aliam legitimam cauſam. Talia vero immutabilia haud ſunt, nec aliquando expreſſam ſcripturam, ſed eccleſiam, ſpiritu veritatis gubernatam, pro ſui autoritate habent, huiuſmodi ſunt, iam apoſtolicum citatum decretum, ritus confeſſionis, modus communionis, feſtorũ celebritas, vniuerſalia ieiunia, & ſimilia. Sunt etiam quæ licet non adeo clare in ſcripturis exprimantur, fundantur tamen, aut ex illis recte inferuntur, & talia eatenus neceſſaria ſunt, quatenus declarantur, vel in ſcripturis fundata, vel ex illis dependentia, vel ad ſalutem ſeu etiam rectam fidem pertinentia. Huiuſmodi ſunt, non reiteratio baptiſmatis, Confeſſio ſacramentalis & ſimilia, in quorum albo ſanctorum quoque numeratur inuocatio, id quod ſequẽtibus paradoxis manifeſtum fiet, interim vnde ſumus digreſſi reuertamur.

¶Plura ſunt quæ ſpiritusſanctus ſcripturarum velamine, recte latere voluit, quæ litera haud explicare oportuit, ne vel ſanctum daretur canibus, vel ante porcos mitterentur margaritæ pedibus illorum calcandę, fieretque tam cœleſtium ſacramentorum margaritis iniuria, quam nobis vitæ periculũ ſiue mortis occaſio, ipſa noſtra indiſcretio. Eas ſiquidem ob cauſas, talem condidit ſcripturam ſpiritus ille ſacerque & ab indignis cœleſtia myſteria celaret, & ab omnibus non facile intelligeretur: quod fieri nequaquã potuiſſet, ſi cuncta reuelanda, nudo ſermone deſcripſiſſet. Porro quanta diuinæ Mat. 7

ſcripturæ facta fuiſſet iniuria, quanta ſi delibus præſtita ſalutis impedimenta, ſi ſanctoꝝ inuocationem euidētib⁹ ſcripturis conſpexiſſent, ſequens monſtrabit paradoxum, interim his oſtenſum ſit, illam expreſſis ſcripturis, nullatenus oportuiſſe ſubindicari.

¶TERTIVM CATHOLICVM PAradoxum.

SAnctorum inuocatio non debuit aperte in ſcripturis reponi a principio.

PROBATIO.

SPiritusſancti prouidentia taliter ordinari decuit ſcripturā, vt ſcripturæ finis per ſcripturam minime impediretur, & omne, quoad id fieri poſſet, puſillorum tolleret, non poneret ſcandalū, cū illā ad fideliū conſolationē ac ædificationē, non ad deſtructionē dederit, maledictūq; decernat i lege, q cæcū ſponēs offendiculū, errare facit. Sanctoꝝ aūt inuocatio, ſi ſcripturis a principio plane fuiſſet inſerta, multis tam conuertendis ad fidem, quam conuerſis, ſcandalum excitaſſet, finem quoq; ſcripturæ, qui eſt homines ad Chriſtum agnoſcendum, ipſumque ſolum tanquam verum deum inuocandum ac colendum inducere, haud parum impediuiſſet. Etenim cum ifideles conuertendi vidiſſent aut audiuiſſent, aut ipſa ſcripturarum lectione probaſſent, non ſolum dominum Chriſtum pro ſeruatore inuocandum, imo & alios ſanctos pro quauis ſalute vel neceſſitate implorandos, facile vnius ſeruatoris fidem riſiſſent, qui ſcripturis expreſſis ad plures mitterentur, nec paruam de Chriſti diuinitate, quaſi non potentis omnibus auxiliari ſubdubitationem accepiſſent; qui creaturas quoq; edocti fuiſſent pro ſuis neceſſitatibus implorare, neq; inter fidem ac infidelitatem agnouiſſent diſcrimen, qui ſcripturis non ſolum ad deū, ſed quēlibet ſanctum agnoſcēdū inuocādūq; prouocati fuiſſent. Quis illis obſecro vnquā facile pſuaſiſſet, dominū Chriſtū ſolū veꝝ eſſe ſeruatorē mundi, & in eius ſolo noīe ſalutem oībus dādī, q ad ſanctoꝝ patrocinia pariter implorāda ppetuo fuiſſent.

Roma. 15 / 2. Pet. 1 / Deut. 27 / Leu. 19 / Lucæ. 24. / Iohan. 5

fuiſſent remiſſi? Eiuſdem erroris cauſa fidelibus quoq; nonnullis ab initio conuerſis veriſimiliter accidiſſet. Nam inter illos plures erant imperfecti, rudes, ſimplices valde, & nouiter, vel a Iudaiſmo, ad idololatriam alioqui proni, vel a gentilitate i qua homines etiam ſceleratiſſimi pro dijs colebantur ac inuocabantur, conuerſi, qui inter inuocationem qua deum inuocamus, vt eam qua ſanctorum patrocinia imploramus, haudquaquam facile diſcreuiſſent. Ex quo tandem dominum Chriſtũ non ſufficientem ſeruatorem, non omnipotentem adiutorem, non perfectum ſaluatorem, putaſſent. Sed nec defuiſſent, qui ſanctorum inuocationem, non minus quam Chriſti fidem & paſſionem, omnibus omnino de ſalutis neceſſitate credidiſſent id quod & hodiernum in eccleſia ſchiſma teſtatur. Si enim plures chriſtiani moderni, perfecte olim in fide inſtructi, idcirco a communi fide eccleſiæ deſciſcunt, quod ſanctorum inuocationem eccleſia admittit, quam idololatriam putant, ac Chriſti dignitati iniuriam, quomodo imperfectiores, & quibus in fide adhuc lacte opus erat, a fide recta non ſimiliter recidiſſent, & eandem hæreſim non incidiſſent?

¶Ad hæc igitur atq; ſimilia cauenda, non debuit ſanctiſpiritus prouidentia, ſanctorum inuocatio ſcripturis a principio plane inſeri.

¶Nec aliquem moueat, quod hodie ſanctorum inuocatio fidelibus, absq; talibus periculis proponitur. Non eſt enim par ratio præſentis temporis, & primæ naſcentis eccleſiæ. Moderni ſiquidem fideles, cum ab incunabilis in fide ſufficientiſſime inſtructi, & dominum Chriſtum ſolum, verum agnoſcere adorareq; deum, illius etiam ſolum inuocare nomen atque ſanctorum implorationem, eius iuocationi haud obſiſtere plene edocti ſint. Veriſimile non eſt apud eos communiter talia contingere poſſe, qualia ab olim apud eos qui vel ab idolorum cultura, vel Iudaiſmo, nouiter ad Chriſtum conuertebantur, nullum inter domini & ſanctorum inuocationem agnoſcentes diſcrimen, qui cum ad Chriſtum, non ad ſanctorum quemuis

adducendi, & nomen domini, non cuiuſuis ſancti inuocare docēdi erant, nullatenus decebat CHRISTI nomine neglecto, ſanctorum ſuggerere inuocationem, aut illam inuocationi nominis domini, i vulgi auribus pariſicare, id quod omnino factum fuiſſet, ſi ſanctorum inuocatio parem obtinuiſſet in ſcripturis expreſſionem. Nec prætereundum, quod in fide perfectiores, tam ardentis tunc erant charitatis, vt cæterorum ſanctorum, cum eſſent ipſi ſanctiſſimi, patrocinio non ſolum non haberent opus, ſed etiamnum poſt futuris ſuis patrocinaturi erant meritis, quam ob rem, non oportuit ad illos de ſanctorum inuocatione ſermonem habere, Nobis vero in quibus et charitas refriguit, & domini timor euanuit, quibus & propria deſunt, & aliena merita vix ſufficiunt, qui & a primis eccleſiæ ſanctis, plus quā cœlum a terra diſtamus, eorum ratio habenda eſt & potiſſima cura.

Obiectio. ¶ Non obſtat voluntarium modernorum ſchiſmaticorum ſcandalum, & impia a fide CHRISTI diſceſſio, Dici-

Solutio. mus enim illis, quod illorum ſimilibus, aliquando reſpondit

Mat. 15 dominus, Omnis plantatio quam non plantauit pater cæleſtis eradicabitur: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cęcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

¶ Quod ſi quis interroget, an apoſtoli populū primo Chriſtianum non potuerint ſufficienter de differentia inuocationis nominis domini, ac ſanctorū informare. ¶ Reſpondemꝰ, Apoſtolos vtique potuiſſe, ſed non oportuiſſe, nec decuiſſe ob cauſas prædictas. Is enim primo cordibus fidelium inducendus erat, a quo fideles ſancti afficerentur, & ſancti facti reliquis fidelibus aliquando patrocinarentur, vt locum haberet quod ſcribitur: Non eſt aliud nomen datum hominibus, in

Acto. 9. quo oporteat nos ſaluos fieri.

QVARTVM CATHOLICVM Paradoxum.

¶ Quilibet fidelis his quæ per vniuerſalem eccleſiam credenda

denda vel ſeruanda diffiniuntur, non minus fidem dare tenetur, quam quæ in ſacris literis expreſſius leguntur.

PROBATIO.

¶ Quia in alijs libris per nos emiſſis plura de iſto inſeruimus, pauciſſimis idem ſtatuere decreuimus, Abſque dubio quiuis fidelis fidem dare, parereque ſpirituiſancto tenetur, ſecundum illud: Nolite contriſtare ſpiritum dei ſanctum, videlicet, aut per infidelitatem, aut per inobedientiam: Nam illi permaxime obedire oportet, Hinc rebelles Iudæi a Beato Stephano duræ ceruicis eſſe, ac inconciſorum cordium & auriũ grauiter arguuntur, qui ſemp vna cum ſuis patribus (teſte quoque Moyſe) ſpirituiſancto reſtiterint. At ſacer ille ſpiritus haud minus nobis per eccleſiam, quam per ſcripturas loquitur, id quod ex eo colligere debemus, quod in ea quæ per eccleſiam vniuerſaliter vel credenda vel ſeruanda decernuntur, non minus quam ipſæ ſcripturæ ſpirituiſancto tribuuntur Quoniam igitur idem ſpiritus eſt qui & in eccleſia & in ſcripturis loquitur, nulli dubium eſſe poteſt, quin ea quæ per eccleſiam vniuerſaliter credenda ſeruandaque ſpiritus ille ſacer decernit, tantæ ſint fidei, quantæ ſunt quæ per ſcripturas loquens fidelibus proponit, præſertim cum CHRISTVS iam olim pollicitus ſit, illum eccleſiæ perpetuo fore præſentem.

Ephe.4. Acto.4. Actu.7. Deu.9. Actu.15. Ioan.14

¶ Eam ob cauſam fideles ſuos, dominus CHRISTVS non tam ad ſcripturas, quam ad eccleſiam remittit, quam etiam haud minus audiendam ſub anathematis pœna præcipit dicẽs: Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, Quid autem aliud eſt, ſicut Ethnicum & Publicanum eſſe, quam ab eccleſia, quæ eſt corpus eius, eſſe præciſum? At qui a corpore CHRISTI præciſus eſt, non poteſt eius ſpiritum habere, Qui vero illius ſpiritum non habet, nec ab eo viuificatur, neque eius eſt. Non poteſt ergo Chriſti eſſe qui eccleſiam non audit, Hinc beatiſſimus martyr Cyprianus ait,

Math.7.18 Ioan.15. Roma.14 1.Cor.3.

ait, non pertinet ad Chriſti pręmia, qui relinquit eccleſiã Chri
Nota. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt, habere iam non poteſt deum patrem, qui eccleſiam non habet matrem, cum deo manere non poteſt, qui eſſe in eccleſia dei viuentis noluerit, quam
i.Theſ.4. qui ſpernit, non hominem, ſed deum ſpernit, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in eccleſia, Hinc ab apoſtolo grauiſſi-
4.Theſ.3. ma percutitur cenſura, qui huiuſmodi eſt. Dicit enim: Si quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum illo vt confundatur. Quid eſt non commiſceamini cum illo, quam anathema ſit talis? Nam ſic præmiſit: Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem quam acceperunt a
i.Cor.5. nobis, Et rurſus, Scripſi vobis cum huiuſmodi non commiſce-
i.Ioan.2. ri, nec cibum ſumere. Subſcribit his beatus Ioannes dicens; Si qs venit ad vos, & hanc doctrinam videlicet Chriſti & eccleſiæ ſuæ non affert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis, Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis, Ecce prædixi vobis vt in die domini non confundamini.

¶Deum immortalem, quam longe ſunt ab his apoſtolicis p̃ceptis, reges plurimi, principes & poteſtates multi, qui ſchiſmaticos & hæreticos quoſuis, eccleſiæ doctrinam non ſolum non afferentes, imo etiam damnantes, non tantum ad ſe recipiunt, ſed per mare, per terras, perq; mille diſcrimina quærunt, ſequuntur magnificis muneribus, a diuorum templis ac e pauperum faucibus direptis, conducũt, vrgent ad domos, & in domeſticorum album conſcribunt, adeoque perfidis illis commiſcentur, vt quaſi anathema reliquos habeant vniuerſos fideles, At expaueant interim qui ſunt eiuſmodi, expendantque quanta ſit hæc culpa, pro qua (apoſtoli ſententia) illis futura prædicitur in die domini, corã omnibus angelis domini, confuſio per-
Ioan.15. petua, etiam ſi eã euaſerint, quæ hac in vita illos manet. Non poteſt enim non verum eſſe quod veritas ait: Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes & areſcet, & colligent

eum,

eum, & in ignem mittent & ardet. Porro qui nom manet in eccleſia Chriſti, abſque dubio in Chriſto non manet, cũ vnus ſit vtriuſque ſpiritus, & vnum ex vtriſque conflatum ſit corpus. Non ergo minus audienda eſt eccleſia, quam Chriſtus ipſe in ſcriptura. Ad hæc, fides deo tanquam articulorum fidei reuelatore nititur. At inter articulos fidei continetur etiam vnius eccleſiæ catholicæ ſanctitas. Tenentur itaque fideles eccleſiam credere ſanctam, Alioqui non crederent deum eſſe verum articulorum fidei reuelatorem. Sed hoc fieri nequit, niſi non minus eccleſiæ quam ſcripturis credant, Nemo ſiquidem minus illi credit niſi minus veram æſtimet, Atqui hac opinione tenetur, non credit eccleſiam ſanctam, quam falſitati ſubiectam putat, quo conſequitur vt nec deum huius articuli veꝝ credat reuelatorẽ, Hoc ergo minus credere eccleſiæ in non paruam dei cedit iniuriam, Eam ob rem oportet non minus eccleſiæ præcipue circa credenda, quam ſcripturis credere, niſi deum fallacem articulorum fidei reuelatorem fecerimus. Et quid ni par eccleſiæ, ſicut ſcripto euangelio fides deberetur, de quo beatus ſcribit Auguſtinus, ſeſe nullatenus illi crediturũ, ſi non crederet eccleſiæ, a qua euangelia habent quod euangelia credantur. Hinc ſemper ab initio eccleſiæ, omnes qui temere vel eccleſiæ vel ſanctis concilijs, haud ſecus ac ipſa Chriſti euangelia venerandis, contradixere, tanquã hæretici ac ſchiſmatici habiti, pariter & damnati ſunt. Quare non minus eccleſiæ quam ſcripturis fideles credere tenentur.

QVINTVM CATHOLI. PARADOXVM.

¶Eccleſiæ ſacra concilia diuos inuocare docent, eos autem qui fidelibus hoc non licere temere dogmatizant, tãquam hæreticos damnant.

PROBATIO.

¶Primus ab eccleſia ſanctoꝝ inuocationẽ improbe rejiciens, fuit Baſilides antiquiſſimus hæreticus, ante mille ducentos annos, teſte B. Hiero. in epi. ad Ripariũ & Deſiderium, quem ſecutus eſt Vigilantius, qui Galliam hac hæreſi macula

uit hunc etiam beatus Hiero. ſuis ſcriptis conuicit, poſt illum quidam nomine Felix ſurrexit, qui fœlicem alioqui Germaniam, hoc errore infœliciter infecit, quem FrancKfordianum concilium ſub diuo Karolo magno, damnauit, Iſtũ ſecuti ſunt diuerſis temporibus Catari, Vualdẽſes, Lollardi, Piccardi, VicKleffi, & tandem Lutherani, omnes ſanctorum ſcriptis ac diuerſorũ conciliorũ decretis, pcipue Aurelianen. FrancKfordien. Romaniſq; pluribus damnati, vt patet in actis corundem. Scripſerunt contra huiuſmodi hæreticos, ſancti, Diony. Areopagita, Hilarius, Ioãnes, Damaſcenus, Hiero. Ioannes Chryſoſtomus, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius, Cæſar Carolus magnus, Beda, Bernhard9 & alij plures vnanimi corde, ſpiritu & litera, in Oriente, Aſia & Europa, cœleſtes ſanctos quã deuotiſſime iuocandos docentes, quorũ verba, ob vitãdã prolixitatẽ ſtudioſe pteriuimus, in promptu eadem habentes ſi quis expoſtulauerit.

SEXTVM CATHOLICVM PARADOXVM

¶Sanctorũ inuocatio, & ſi non eſſet in ſcripturis verbotenus expreſſa, non tamen ideo iuſte repelleretur ab eccleſia.

PROBATIO.

¶Facile hoc ex prioribus firmatur. Nã ſcriptura non oĩa exprimit in eccleſia admittẽda, ſicut primo paradoxo demonſtrauim9. Nec oportuit nec decuit expreſſam, de ſanctorũ inuocatione fieri in ſcripturis, memoriã, ſicut probauim9 in ſecũdo & tertio. Ea vero q̃ ab vniuerſalib9 diffiniũtur concilijs recipiẽda, non poſſunt iure ab eccleſia repelli, prout in quarto firmauim9, Sanctorũ ãt iuocationẽ teſtati ſumus autoritate generaliũ ſynodorũ edoctã ac decretã in qnto, ex qbus probe & palã conſeqtur, eam non ideo poſſe ab eccleſia iure repelli, quod non ſit expreſſa ſcripturis.

SEPTIMVM CATHOLI. PARADO.

¶Verbis, & ſi non adeo claris, ac exẽplis Canonicæ ſcripturæ docemur ſanctos cæleſtes inuocare.

¶PROBATIO.

¶Opinãtur ſcripturarij, ideo ſanctorũ inuocationẽ nequaquã

in eccle.

in eccleſia tolerādā qđ ſcriptura neutiquā ei⁹ meminit. Huic pnicioſiſſimo fundamento ab inferoꝝ ſpiritib⁹ orbi, p os Lutheri profuſo, & ex Sathana oī dubio procul profecto, vicz qđ ſcriptura non oſtēdit, nequaquā eſſe in eccleſia tolerādū, imo a Sathana deſcendiſſe neceſſum eſſe, perpetuo nitentes, ac nos (exploſo ſuperi⁹ hoc peſtilētiſſimo errore, ſuimet deſtructiuo Nuſquā eīn hocce verbū in ſcriptura canonica legitur, quam ob rē oportet ſit a Sathana profectū) ingenue fatemur, ſcripturam nullibi ſanctoꝝ iuocationē, ſub hac nomenclatura obijcere, nec tamen ideo a Sathana profectā oportet. Etenī eccleſia catholica, q̄ ſpirituſancto ppetuo regitur, & de oī veritate infallibiliter edocetur, non voces dūtaxat, ſeu nudā literaꝝ ſeqtur ſuperficiē, id qđ hæreticoꝝ eſt proprium, ſed ſenſum magis ſub verboꝝ figuris latitantē, quē ſanctus efflagitat ſpirit⁹, Propterea inanes vocum pugnas, iuxta Pauli pceptum contemnentes, rē piſam diuinis edoctā ſcripturis palā oſtendem⁹ quatinus videant ſcripturarij eccleſiæ ſcripturā nequaquam deeſſe, ſed vnum eundemq; ſpiritum tā p ſcripturas, quam p eccleſiam, ſanctos inuocandos docuiſſe 1.Ti.6.

¶Primum ex ſcripturis commonſtrabimus ſanctos pro nobis intercedere. Ex quo probe eliciem⁹, eiſdem ſcripturis ſanctoꝝ inuocationē edoceri. Dein paralogiſmos ſcripturarioꝝ, qb⁹ hallucinantur, exibilabimus, Vt āt clariora ſint oibus oia, ex ratione nominis ad rem veniemus. Sanctos dei pro nobis apud dominū intercedere nil aliud dicimus, quā ſanctos vna nobiſcum, ſeu noſtra vice, deū orare noſtramq; apud illum, non tā noſtra quam ſua merita & vota, pro obtinenda ſalute offerendo, cauſam agere. Sic Abraham filiorum Heth interceſſionem apud Effron expoſtulans, aliud voluit nobil, quam illos ſecum vel ſua vice rogare Effron, & apud illum ſuam, pro conſequendis votis eius, agere cauſam: Intercedite, inquit, apud Effron filiū Seor vt det mihi ſpeluncā duplicē &c. Sic Ioab apud regē Dauid pro Abſolone filio regis intercedēs regē, tāquā ille bene meritus, pro Abſolone, ſeu vice Abſolonis pcabatur vt eius faciē Abſolon aliqn videre mereretur, Sic n a Gen.23. 1.Regū.14

ter filioꝝ Zebedæi procidendo adorans, & vice filiorum aliquid a domino petens, pro filiis apud dominum interceſſit. Sic
Ioan.12. Andreas & Philippus apoſtoli pro gẽtilibus (quorum vota ad
Roma.15. dominum Ieſum referebãt) deuotius interceſſerunt. Sic Paulus dum fidelium pro ſe Romanorum orationes expoſtulat, illorum interceſſionem habere cupiebat. Nihil aliud ergo interceſſio ſonat, quam patrocinium, quo alter alteri, vel precibus vel meritis apud potiorem aliquem, pro quauis conſequenda re ſubuenit. Ea propter ſi ſanctos nobis apud deum patrocinari, noſtramque (pro votis noſtris conſequendis) apud altiſſimum (tam ſuis quam noſtris, ſiue precibus, ſiue meritis oblatis) cauſam agere ex ſcripturis commonſtrauerim⁹, quis, niſi Leberide cæcior, non videbit, ſanctos eoſdẽ pro nobis apud deũ
Tho.12. etiam intercedere neceſſum eſſe? Pergamus itaque, Raphaelem angelum, Thobiæ dixiſſe legimus, Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino, En angelum Thobiæ preces domino pro Thobia obtuliſſe audimus. At mox oſtendim⁹, ĩtercedere aliud nihil eſſe quã alteꝝ alteri, vel pcibus ſeu meritis apud dominũ patrocinari. Cũ itaq; ſanctus angelus tam pces, quam merita Thobiæ domino, pro Thobia obtulerit, vtiq; pro Thobia ĩterceſſit. Apertius hoc ſcriptura confirmat, vbi ex milibus angelis interceſſoribus vnũ ſpecialiter introducit loquentem, id eſt, intercedentem pro homine illi-
Iob.33. uſq; annũciantẽ pro liberationis miſericordia æquitatẽ, Si inq̃t, fuerit pro eo angelus loquens vnus de milibus, vt annunciet hominis æq̃tatẽ, miſerebitur eius, & dicet, libera eũ vt non deſcendat in corruptionem, inueni in quo ei propicier, Nec
Zach.1. eſt huic diſſimile quod in Zacharia legimus, Et dixit angelus domini, Domine exercituum, vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt, Et reſpondit dominus angelo qui loquebatur in me, verba bona verba conſolatoria, Similiter in Da-
Danie.12. niele, SANCTVM MICHAELEM, principem magnũ.

magnum, archangelum, ſtare legimus pro filijs populi dei. At quid eſt illum pro filijs populi dei ſtare, quam illos ſua & interceſſione, & propugnatione, adiuuare. Expreſſius autem ex li. Machab. nobis ſuffragatur teſtimonium, vbi fortiſſimo Iudę, viſus eſt Onias ſacerdos manus protendens, & pro omni populo Iudæorum orans. Poſt hoc apparuiſſe & virum alium, ætate & gloria mirabilem & magni decoris habitudine circa illum, reſpondentem vero Oniam dixiſſe, hic eſt fratrum amator & populi Iſrael, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta dei. En duo producuntur viri ſancti. Onias ſacerdos videlicet & Hieremias propheta, rebus humanis iam olim exempti, multis pro populo Iſraelitico precibus apud dominum intercedentes. Nec obſtat hãc ſomnij fuiſſe viſionem, quam rei ſequentis euentus diuinitus immiſſam oſtenſionem probauit, ſicut & magorum, ne redirẽt ad Herodem in ſomnis reſponſio, diuina quædam fuit illuminatio. Per ſomnium enim in viſione nocturna quando irruit ſopor ſuper homines & dormiunt in lectulo, tunc deus aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina. Ecce tot aptiſſimis teſtimonijs veteris inſtrumenti ſcriptura, ſanctorum angelorum & aliorum commemorat interceſſionem, pro cuius ampliori teſtatione, quid & noui teſtamenti ſcripturæ habeãt, iam proferamus.

2. Mach. 15

Matth. 2

Iob. 33

¶ Beatus Iohannes, perfidis Iudæis Chriſtum aliquando dixiſſe, ſcribit. Eſt qui vos accuſat apud patrem Moſes, ĩ quo vos ſperatis. Duo Chriſtus hic affirmat. Primum Moſen iã dudum vita functum, incredulos apud patrem accuſare Iudæos. Secundum, Iudæos in Moſe, non quidem tanquam in deo, cum illum vtiq; verum hominem agnouerint, ſed ſicut interceſſorem apud deum ſperare. Nam Chriſtus, contrarium eius quod ſperebant, Iudæis inſinuabat, nimirum, Moſi accuſationem apud patrem, cum ipſi econtrario ſperaſſent illius apud deum interceſſionem. Approbauit ergo dominus, non tam Iudæorum per Moſen accuſationem, quam Moſi ſperatam interceſſionem, illam verbis expreſſis certificando, iſtam vero

Iohan. 5

tacite denegando. Nequaquam enim Moſi, quam Iudæi ſpe
rabant, interceſſionem, tanquam illicitam aut erroneam reie
cit, id quod indubie haud omiſiſſet, ſi tacendo illam probare
noluiſſet. Hoc itaq; verbo dominus Chriſtus manifeſte teſta-
tur pro Iudæis Moſen interceſſiſſe potuiſſe. At quod de facto
non interceſſerit, non Moſi defectibilitas, nec interceſſionis im
poſſibilitas, aut indignitas, ſed perfida, teſtante euãgelij textu
Iudæorum incredulitas fecit. Quod ſi Moſi ſeruo domini pro
Iudæus intercedere conceſſum eſt, modo illorum haud ob-
ſtet infidelitas, qui negatum credemus, amantiſſimis dei ami-
Iohan. 15. cis, nimirum, virgini Mariæ matri Chriſti, Sanctis apoſtolis,
Martyribus, & reliquis, quibus pro ſpeciali prærogatiua, id
muneris promiſſum ac conceſſum eſt, vt quodcunque patroni
in nomine domini Ieſu petituri eſſent, procul omni dubio con
ſequentur? An potentiorem putamus Moſen pro Iudæis quã
Thetocon & omnes ſanctos pro chriſtianis? Aut Moſen deus
ampliori gratia pro bono Iudæorum, quam omnes reliquos e-
lectos, pro ſalute chriſtianorum dotauit? Procul abſit a fideli-
um cordibus hæc infidelis cogitatio, vt viliorem credant ſan-
ctorũ chriſtianorũ, iã in cœlis Chriſto conregnantiũ, ſuper o-
Matt. 24. mnia Chriſti bona conſtitutorum conditionem, quibus gratia
Iohan. i. & veritas per Chriſtum facta legitur, quam fuerit olim patrũ
Iudæorum, in inferno manentium, quibus adhuc & regnum
cœlorum claudebatur, & domini videre faciem negabatur. Ex
ipſis igitur Chriſti verbis conſectariũ eſt, ſanctos eſſe noſtros
Prou. 28. interceſſores, modo noſtra non obſiſtat, vel improbitas, vel in
Iaco. i. fidelitas, Alioqui eoſdem habituri noſtros accuſatores, haud
aliter, quam ipſum Moſen Iudæi.

¶ Eandem de angelis beatis ſententiam dominus Chriſtus
Matth. 18 probat, cum ait. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis q
in me credunt. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis vi
dent ſemper faciem patris mei qui in cœlis eſt. Ad quid au-
tem vident, niſi vel ad accuſandum ſi contempſerimus, qui ali
i. Pet. 5 oqui nobis dati ſunt ad intercedendum, ſi nos bonos dei præ-
ſtiterimus (ſicut Petrus iubet) æmulatores? Hoc et beatiſſi-
mus

mus apoſtolus in tertium raptus cælum ſubindicare voluit, vbi de ipſis cæleſtibus ſanctis ſpiritibus ſcripſit. Omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem accipiunt ſalutis. Si in electorum miniſterium mittuntur pro ſalutis aliquando capeſcenda hæreditate, quomodo non pro electis intercedunt? Enimuero ſi ab illis interceſſionem negaueris, qui miniſteriales ſpiritus intelliges. An non omne reliquum illorum miniſterium ad hoc potiſſimum tendit, vt electi hæreditatem capiant ſalutis. Hinc venerandus Origines ait. Angelos dicimus miniſtrantes ſpiritus quoſdam & in miniſterium eorum gratia miſſos, qui hæreditariam ſunt habituri ſalutem, & hos quidem aſcendere vt hominum vota preceſque & obſecrationes ad ea loca perferant quæ cæleſtia ſunt: & inde rurſum deſcendere, eorum cuique pro meritis iuſſos aliquid ſubminiſtrare, qui dei affecti ſunt beneficio. Subſcribit his beatus Auguſtinus in hæc verba: Iſti ſunt prouinciarum cuſtodes, dignitates noſtras tam ſpirituales quam temporales omni diligentia cuſtodientes, ipſi ſunt contra fomitem impetrantes. Ipſi ſunt pro nobis contra dæmones victoriam obtinentes. Ipſi ſunt per quos ad fletum compungimur, & per quos noſtra facta vel cogitata ad cælum hilariter portantur. Ipſi ſunt ſanctiſſimi ſpiritus, qui pro nobis ſemper vident faciem patris qui in cælis eſt, vnde firmiter credendum, quod omnia opera noſtra, quæ operamur, die ac nocte, ſiue bona ſiue mala, ab ipſis in conſpectu dei nuncientur, hæc ille. Oportet ergo cæleſtes illos ſpiritus aut agnoſcamus interceſſores, aut diffiteamur eſſe ſpiritus miniſteriales.

Hebr. 1.

Gene. 28

¶ Diuitem item epulonem, in inferno ſepultum, pro fratribus ſuis hic agentibus, natura ad hoc impellente, apud Abrahamum interceſſiſſe legimus, ne & ipſi in hunc, cui ille addictus erat, tormentorum locum venirent. Cum autem ſanctorum cæleſtium ad ſuos conciues domeſticos & confratres, nimirum CHRISTIANOS adhuc in terris,

Luc. 16.

Eph. 2.

eorum

eorum patriam inquirentes, potior ſit charitas quam damnato rum ad ſuos affines, quomodo ſupplicantibus damnatis pro ſuorum ſeruatione, ſancti piorum obliuiſcerentur chriſtianorum non orando non intercedendo pro illis, vt & ipſi meritis ac precibus illorum adiuti, regni cœlorum aliquando conſor-
Heb. e. ii tes efficerentur, præcipue cum non ſine illis conſummabuntur? Non credendum, damnatos, charitate expertes, pro cauēda ſuorum amicorum damnatione propenſiores eſſe, quā ſint electi in regno cœlorum, charitate pleni, pro ſuorum amātiſſimorum confratrum, & conciuium promouenda ſalute. Sed adhuc apertiſſimum ex Apocalyp. producimus teſtimonium. Sic enim beatus apoſtolus, cui ſecreta reuelata fuere cœleſtia,
Apoc. 5 ſcribit ibidem: Cum agnus aperuiſſet librum, quatuor animalia & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli cytharas & phialas aureas plenas adoramentorum quæ ſunt orationes ſanctorum. Et rurſum. Stetit angelus ante
Apoca 8 altare habens thuribulum aureum, & data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium, ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum dei. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram deo. Quid de omnium ſanctorum patrocinio & interceſſione clarius aut dici aut ſcribi potuiſſet, non video. Sanctorum etenim omnium orationes (haud dubium quin pro ſe & aliis) ante dei thronum fieri, beatus apoſtolus aperte teſtatur, cuius vel vnico teſtimonio, & cuncti, ſanctorum patrocinia impie negantes exibilātur, & ſanctorum cœleſtium interceſſio teſtatiſſima relinquitur.

¶ Forſan ex inducto textu quiſpiam mouebitur, ſanctorum quidem orationes commemorari, at quod pro nobis fiant, neutiquam apparere, tum quod huiuſmodi orationes non niſi quędam gratiarum actiones eſſe videntur, de quibus mox ibidem ſubiungitur. Et cantabant canticum nouum dicentes, dignus es domine, &c. tum quod & ſi eſſent orationes propriæ, non
Apo. 6. tamen pro nobis, ſed magis pro ſe ipſis fuiſſe commemorantur id quod textus ſequens probat vbi legitur. Vidi ſubtus altare

animas

animas interfectorum propter verbum dei & propter teſtimo nium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes: Vſque quo domine verus & ſanctus non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum, & cæt. Pro ſe itaque non pro nobis, ſuas ſubtus altare profundunt orationes, quam ob rem, autoritas Apocalypſis ſufficiens videtur ad ſanctorum pro nobis interceſſionem probandam.

¶ At hic paralogiſmus facile refellitur, tum quod nec hac ſola (etiam ſi non ſufficiat) autoritate nitimur, tum quod eam ad ſanctorum pro nobis interceſſionem probandam eſſe validam manifeſtius patebit, ſi textus & diligenter conſideretur & fideliter tractetur. Principio quidem inficiandum eſt, ſanctorum orationes, per textũ commemoratas non eſſe niſi quaſdam gratiarum actiones. Inſerta namque copulatiua coniunctio, neutiquam id admittit, cum dicitur, quę ſunt orationes, et cantabant canticum, &c.

¶ Duo ſiquidem diuerſa, beatis ſcriptura tribuit, orare videlicet, & nouum canere canticum, ſiue gratias agere. Per primum animus illorum in deum perpetuus, ac complendę beatitudinis affectus, deſignatur. Vnde & ad modicum fuſis iam precibus, expectare iubentur. Per ſecundum, eorundẽ gratitudo commemoratur. Hæc ſunt duo beatis in regno cœlorum ante reſurrectionem iugiter præſentia, ſecundum illud: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Deo ſiquidem patri ſuper hominis per Chriſtũ liberatione, ſancti gratiarum actiones inceſſanter fundunt, ſed & orationes interceſſorias facere pro capeſcenda eius, tum in ſe, tum confratribus ſuis, liberationis participatione non obmittunt. Ea propter idem eſſe nequaquam poſſunt, orationes, & gratiarum actiones. Nam gratiarum actiones, ad præteritorum beneficiorum acceptorum gratitudinem, ideoque canticum nominantur. Orationes vero, ad interceſſionis ſuffragiũ, necnon futura capeſcanda, referuntur. Sunt enim poſtulationes, quibus ſancti aliquid a deo determinate petunt. Hinc vbi nos legimus, plenas odoramentorum, Diuus Cyprianus le-

Apoc. 6

Pſal. 83

Apoc. 5

git, plenas odoramentis ſupplicationum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Dein negandum eſt, ſanctorum orationes non fieri pro nobis, nam incenſis odoribus & odoramentis haud fruſtra comparantur. At odoris proprium eſt, in ſe non ſubſiſtere, quin potius ſe circumquaque diffundere, ac omnib⁹ communicare, quantoq; fuerit intenſior, tanto eſſe diffuſiorem. Talem igitur eſſe proprietatem orationum quæ a beatis fiunt, hac comparatione ſcriptura ſubindicare voluit, videlicet, vt non in ſanctis præciſe ſubſiſtant, imo ad alios diriuentur, ſeque diffundant, ita, vt quanto ſunt, vel ex maiori charitate vel

Iohan. 1. abundantiore merito, intenſiores, tanto ſint & diffuſiores.

1. Cor. 12. Nam & charitas, quæ harum orationum principium eſt, in ſe nequaquam conſiſtit, ſed foris ſe latius diffundit. Niſi ergo ſanctis, vel charitatem penitus excidiſſe, vel deuotionem & merita prorſus ab eis euanuiſſe ſomniem⁹, oportet ex hac ſcriptura fateri, orationes ſanctorũ pro nobis quoq; fieri, de quo fidelium nemo deinceps addubitare permittitur, præcipue, cũ idipſum noſtræ fidei profeſſione conteſtemur vbi dicimus. Credo ſanctorum communionem, ſanctorum omnium tam cum Chriſto regnantium, quam adhuc a Chriſto peregrinantium, communionẽ, hoc eſt, in meritis, precibus, & interceſſionibus participationem. Nec enim aliud credẽdum eſt ſanctos facere, dum pro nobis orantes intercedunt, quam quod nobis apud deum, ſua communicant & preces & merita, quæ dominus deus optimus, noſtra voluit eſſe ſuffragia, teſte ipſo ſeruatore noſtro. Facite, inquit, vobis amicos de mammona iniq-

Luc. 16. tatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quomodo enim nos ex hac vita excedentes, aliorum, nimirũ, amicorum beneficio in æterna recipimur tabernacula, ſi non ſua nobis, & merita & interceſſionis ſuffragia communicant? Et quos potiores agnoſcimus amicos, quã hi de qbus domin⁹

Iohan. 15. ait. Iã non dicã vos ſeruos, ſed amicos, & Pſalm. Nimis hono

Pſal. 138. Iohan. 15. rati ſunt amici tui deus. Hos (vna cũ deo) nobis amicos de mãmona iniqtatis facimus, quando domini mandato obſequentes, confratres noſtros paupes, noſtrarũ diuitiarũ participes facim⁹. Hæc de ſanctorũ idubitata iterceſſione ſufficiãt, reliquũ ẽ,

vt q̃d reſtat, videlicet eiſdẽ ſcripturis q̃bus ſanctoꝝ itcerceſſio
inſinuatur, etiã nobis eorũdẽ inuocationẽ concedi ſtatuamus.

¶ Nemini, patrocinatoris opę ĩdiguo, patronus vel interceſ
ſor datur, niſi ſimul ipa exhibitione facultas quoq; concedatur
opẽ interceſſoris aliquãdo ĩplorandi & illa pfrui. Eo ipſo ſiqdẽ
quo alicui datur interceſſor, conceſſa ſibi intelligitur interceſ
ſoris inuocatio ac interceſſionis pfruitio. Vt qd eñ mihi de-
putaretur interceſſor, ſi nec eius opẽ ĩplorare, neq; illi⁹ auxilio
poſſem vnquã pfrui. At iã ex ſcripturis demonſtrauimus, ſan
ctos a deo nobis datos ĩterceſſores. Ex eiſdẽ igitur ſcripturis
intelligitur eoꝝ nobis conceſſa inuocatio, & ſi verboten⁹ eã
ſcriptura haud exprimat. Queãdmodũ eo ipo quo nobis ex ſcri
pturis eccleſia pcipitur audiri, dinoſcitur etiã pceptũ, diffini-
ta ab eccleſia reuerẽter acceptanda, quãuis hoc ſcriptura non
explicet. Et ſicut eo ipſo, qd Epis ſcriptura cauſaꝝ cognitio- 2.Cor.4.
nẽ tribuit, temporalẽ quoq; iuriſdictionẽ clero concedit, nam 1.Timo.1
hæc ad illã ordinatur, non obſtãte qd ei⁹ iuriſdictionis ſcriptu
ra haud meminit, ſic eo ipſo quo nobis ſanctoꝝ interceſſionẽ
ſcriptura contradit, pp quã ſi⁹ inuocatio, etiã illoꝝ licitã inuo
cationẽ oſtẽdit ac concedit. Ex hoc fundamento, ſanctoꝝ inuo
cationẽ in eccleſiã proceſſiſſe credimus, ad quã vlterius probã Gene.20.
dã ſcripturaꝝ exẽpla nullatenus deſunt. Vt aũt de mutua vi- 1.Reg.12.
noꝝ ĩnterceſſione, quã vtriuſq; teſt. paginæ abũde probãt, in- Heſter.4
teri taceam⁹, ipm Iob adhuc ĩ terris agentẽ audiam⁹, ĩ hęc ver Matth.15.
ba ſanctos cæleſtes deuoti⁹ ĩplorantẽ & inuocantẽ. Miſeremi Marc.1.
ni, iqt, mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei, qa manus domi Lucæ.7.
ni tetigit me. Sup qb⁹ verbis b. Aug. ĩ anno. ait. Angelos vide Iohan.12.
tur poſtulare, vt pro eo depcẽtur, aut certe ſctõs, vt pro pœnitẽ Rom.15.
te orent. Dauid quoq; ſctoꝝ cœleſtiũ patrociniũ, ſi eidẽ credi Ephe.6.
m⁹ Aug, teſtatur vbi ait. Leuaui ocu. meos ĩ montes, vnde ve Iob.19.
niat auxilium. Auxiliũ meũ a domino, q fecit cælũ & terrã. En Pſal.120.
paucis admodũ verbis, diuin⁹ pſaltes, ſimul & ſanctoꝝ cęleſtiũ
ſub montiũ auxiliatricũ metaphora, deſignauit patrociniũ, cũ
dicit. Lauaui ocu. meos ĩ montes vnde veniat auxiliũ mihi, &
illũ q̃q; apd quẽ pro nob ſcti patrocinãtur, deũ vicz, q fecit cęlũ

& terram, a quo principaliter, ſapientiſſimò tamen ordine, omne nobis prouenit auxilium. Leuauit ergo Dauid oculos ſuos in montes, dum auxilium diuinum ſibi per angelos, aut ſanctos affuturum implorauit. Quod ſi ſub veteri teſtamento ſanctos inuocare licuit, cur non licebit & ſub nouo? An non idem ſub vtroq; deus, eiuſdem in ſe poteſtatis miſericordiæ, ac bonitatis? præcipue cum huiuſmodi inuocatio ſecundum ſe mala non ſit, nec ſpeciem aut occaſionem habeat mali, ſed nec fidei, nec charitati, aduerſetur, neq; Chriſti gloriæ, quod ſtatim probabimus, quouiſmodo præiudicet. Dein domini verbo adeo non pugnet, vt etiamnum ex illo per maxime probetur.

¶Omnes namq; chriſtianos, ſiue hic a domino peregrinantes, ſiue Chriſto iam in cœlis conregnantes, oportet vnum in Roma.12 Chriſto corpus fateamur, ſingulos autem alterum alterius mẽbrum. At membra proinuicem adeo ſolicita ſunt, vt ſi quid patiatur vnum membrum, compatiantur omnia. Ergo ſicut naturalibus membris ex natura conceſſum eſt proinuicem ſolicitari i.Cor.12. ita vt membrum patiens, aliud adhuc validum quærat, inq; ſui auxilium naturaliter petendo conuocet, ſic & nobis tanquam infirmioribus membris, diuinitus ex gratia datum eſt, vt patiẽtes, ad alia membra, perpetuo bene valentia, ſanctos nimirum, ardentiſſima pro nobis charitate ſolicitos, recurramus, eos imploremus, rogemus, inuocemus, quaſi illorum patrocinio tam hic quã i futuro melius habituri, hoc, ſi non fallor, in fidei ſymbolo profitemur, vbi dicimus. Credo ſanctorum communionem. Ad hanc enim participandam, tam interceſſio quam inuocatio ordinatur. Intercedunt enim pro nobis, vt nobis deo miſerante ſua communicent ſuffragia. Inuocantur vt illorum ſuffragijs potiamur. Ea propter, profeſſio communionis ſanctorum, inuoluit cum interceſſione ſimul & eorundem inuocationem, ita q̃d ſicut explicite ſanctorum profitemur communionẽ, ſic eadẽ profeſſione, nos etiã credere conteſtamur ſanctorum interceſſionẽ atq; inuocationẽ. Per hæc etenim nobis ſanctorum contingit communio, & ad negationẽ iterceſſ. ſanctorum, neceſſario ſequitur negatio inuocationis pariter &

com-

communionis ſanctorum, ita vt qui ſanctorum diſcredit inter ceſſionem, oportet quoque diſcredat ſanctorum inuocationem ac communionem. Nam ſi ſancti non intercedunt, certe nec inuocandi ſunt, nec erit per conſequens aliqua ſanctorum expe ctanda communio. Omnis namque communio, aliqua fit participatione, vnde ſi nobis nulla ſit cū ſanctis participatio, nulla erit communio. Itaque niſi Chriſti fidē negemus, oportet ſan ctorum inuocationem admittamus. Eam ob rem de ea fidelium nemo deinceps dubitet, quam diuinis paginis & exemplis probatam atque fundatam, & vniuerſalis eccleſiæ conſen ſu receptam, ſed & ipſa fidei noſtræ profeſſione teſtatam aſpi cit, non obſtantibus ſchiſmaticorum paralogiſmis, quibus hal lucinati cæci cæcis ducatum pͥbentes, ſimul in tenebrarum ſoueas proruunt, quos iam videamus.

PRIMVS PARALOGISMVS.

¶Quicquid ad ſalutem neceſſarium eſt, & eccleſiam credere oportet, fidelibus præſcribitur haud dubium in ſcripturis. At ſanctorum inuocatio, nuſquam in ſcripturis legitur, ergo non debet ab eccleſia recipi vel tolerari.

RESPONSIO.

¶In ſcripturis abſque dubio præſcribitur etiam verbotenus expreſſe, quicquid omnibus omni tempore neceſſarium eſt ad ſalutem. Porro ſanctorum inuocationem probauimus non eſſe de illorum albo, quam ob rem verbalem de hac in ſcri ptura haud oportuit fieri mentionem. At non omne verum in eccleſia neceſſario iam creditum, hoc modo in ſcripturis conti netur, Sufficit enim quod ſcriptura hoc virtute contineat, Sanctorum autem inuocationem, tū ſcripturis contineri, tum ſcripturarum exemplis monſtrari docuimus, ideo ab eccleſia legitime recepitur & recepta fideliter cuſtoditur.

SECVNDVS PARALOGISMVS.

¶Scriptura ſolum deum inuocandum docet, vt patet. ij. Regum.xx. Iob.xxvij. Pſal.xvij.xix.xlix.lxxiij.cxv, Eccleſiaſtici.xiij. Hiere.xxix. Iohel.ij. Ro.x. Non ergo licet inuocare ſanctos.

RESPONSIO.

¶Cum a capite huius paralogiſmi dicitur, Scriptura ſolum deum inuocandum docet, hæc vocula, ſolum, cũ ſit excluſiua, duo poteſt excludere, & ſic iuxta duplicem excluſionem dupli cem quoqne eius propoſitionis reddere ſenſum. Primũ quidem excludere poteſt alietatẽ dei, & tunc erit ſenſus: Scriptura ſolum deum, id eſt non alium deum quam deum verum inuocare docet, In hoc ſenſu admittitur, & vtriuſque teſtamenti ſcriptura, (per aduerſarios contra ſanctorum inuocationem apparenter producta) multipliciter ſed ſuperuacue probatur, vt ptet in locis in paralogiſmo citatis. At nos hoc modo ſanctos quaſi deos inuocandos nullatenus docemus, ſed deum verum per ſanctos ſuos tanquam interceſſores ab illo nobis datos, ſic ſcriptura iubente, imploramus. Non enim alienum inuocat deum, qui ſolum deum verum per ſanctos inuocat, ideo ſanctos inuocans, in ſcripturas nullatenus peccat, Poteſt etiam excludere alietatẽ conſorcij inuocationis, & tunc erit ſenſus: Scriptura deum ſic inuocandum docet, quod alium prorſus neminem, hoc eſt, Scriptura, quempiam extra deum inuocare prohibet. In hoc ſenſu, tanquam falſo ſcriptura tributa projci-

Ioh. 14 Iaco. 5. tur, ac negatur, in quo tamen ab hæreticis aſſumitur, nam ſcriptura aliorum inuocationem adeo non prohibet, vt etiam eam quam maxime doceat.

¶Poteſt eadem ſententia ſub his verbis tradi. Dupliciter aliquis inuocatur. Vno modo ſicut autor & dator ſalutis, & ſic ſolum deum inuocandum ſcriptura docet, Alio modo tanquam interceſſor apud autorem ſalutis, pro conſequenda ab illo ſalute, & hoc modo ſcriptura etiam alios extra deum inuocare

Iaco. 5. docet, & pcipue ſanctos ac iuſtos, quorum apud deum aſſidua oratio multum valet, non quia deus abſq; illorum patrocinio dare non poteſt ſalutem, ſed quia ſic in ſua prouidentia diſpoſuit, vt ſine illorum patrocinio quibuſdam dare nolit, id quod ex ſupra citatis ſcripturis liquet.

¶Per ſimile vero declaratur: Terræ naſcẽtia deus abſq; dubio æq̃ bene ſine cœli motu ac lumine ſolis producere poſſet, qđ

tamen

tamē nequaquā facit, non qa ſine illis non poſſit, ſed qa ſic pro uidit vt ſine illis nolit. Ita eſt in propoſito. Ad hoc nobis ſanctorum inuocationem conceſſit & patrocinia dedit, quia ſalutem abſq; illorū interceſſione, interim, nullatenus dandā, ꝓuidit. Sancti ergo, non in dei iniuriam, ſed ad eius implendam prouidentiam inuocantur. Hinc b. Auguſt. de beato apoſtolo Paulo ait. Planius dicam: Si b. Steph. ſic non oraſſet, eccleſia Paulum non haberet. Nec ſcripturæ deeſt teſtimoniū. Sic enim legimus: Dixit dominus ad Eliphan Themanithen. Ira tus eſt furor meus in te. & in duos amicos tuos, &c. ſequitur. Sumite ſeptē thauros & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, &c. Iob enim ſeruus meus orabit pro vobis, faciē eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtulticia. Abierunt ergo & fecerunt ſicut locutus fuerat dominus ad eos, & ſuſcepit dominus faciem Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis. Ecce ſalutē amicis Iob, haud aliter dandam dominus ꝓuidit, niſi ad ꝓces ac interceſſiones ſancti ſerui ſui Iob, id quod in translatione ſeptuaginta manifeſtius legitur, vbi ſic habetur. Si non propter eū perdidiſſem vtiq; vos. Simile apud euangeliſtas habetur, vbi propter portantium paralyticum fidem, paralyticus, corporis & animæ ſalutem conſequebatur. Cum vidiſſet, inquiunt, Ieſus fidem illorum, ait paralytico. Fili, dimittuntur tibi peccata tua, &c. Sequitur: Qui ſtatim ſurrexit, & ſublato grabato, abijt inde. Vbi venerabilis Beda. Quantum valet apud deum inquit, fides propria, apud quem ſic valuit aliena, vt intus & extra ſanaret hominem. Firmiter itaque credendum, quod deus aliquando nullatenus det ſalutem, abſque ſanctorum ſuorum interceſſione, & ideo illos inuocari voluit, quos noſtros apud ſuam maieſtatem interceſſores ab æterno præuidens, conſtituit.

Iob. 41.

Matth. 9
Marc. 2.

TERTIVS PARALOGISMVS.

OMnis inuocatio, ad conſequendam vel gratiam vel gloriam tendere debet, at hæc ſolus deus dat. Pſal. lxxxiij. q ſemetipm in omnibus tribulationibus paratiſſimum offert, auxiliatorem, liberatorem, ac ſeruatorem, ad ſeipſum nos dulciter

ter prouocans, non ad aliquem ſanctorum demittens. Venite inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refi ciam vos. Et rurſum; Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & honorificabis me, Pſalm. xlix: Non dicit, Inuoca Petrũ aut Nicolaum, in die tribulationis, ſed me, Nam ego non illi, te eruam, & honorificabis me, non alium, inuocando me ſolum ſeruatorem ac liberatorem, Gloriam iſtam alteri non dabo, vt me contempto, alium inuocando honorifices. Eſa. xlij. Prohibemur itaq; maniſiſte, ſanctos inuocando honorare.

RESPONSIO.

¶Plures hic paralogiſmus inuoluit hallucinationes, quarum circumuentionibus haud pauci decepti, a veritate ſeducti ſunt qui vt nemini de inceps ſit in laqueum, ſingulas detegemus, & ex ordine ſingulas exibilabimus.

¶Aſſumunt cum primis ex Pſalm. Solus deus gratiã dat & gloriam, Sed prima latet in hoc verbo deceptio. Nam ſcripturam hic affirmaſſe credunt deum ſolum ſemper immediatum eſſe collatorem gratiæ. At plurimum hallucinantur. Hoc etenim ſcriptura minime voluit, ſed deum ſolum eſſe vniuerſæ gratiæ conditorem & autorem, non ſemper immediatum exhibitorẽ docuit. Ea propter dicimus: Deus per ſe autoritate propria, tanquam vnicus gratiæ creator, gratiam & gloriam ſolus dat, illam efficiendo ſeu cauſando, non ſemper tamen ſolus immediate, imo plurimis interuenientibus, ſcriptura te-

Ro. 3. 8. .1. Cor. 13. ſte, medijs gratiã dat videlicet, fide, ſpe, charitate, ſacramen-

Ephe. 2. torum participatione, eccleſiæ cooperatione, iniuriarum remiſ-

Titum. 3. ſione, eleemoſynarum largitione, ſed & omnium ſanctorum in-

Mich. 9. Ioh. 3. 21. teruẽtione, Alioq Pſalm. non diceret, Pro hac, vicz iniqtate

Lucæ. 11. Pſal. 31. & eius remiſſione veniaq; conſequenda, orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Ecce omnem ſanctum, pro impietate remittenda, & ſalute obtinenda, aſſerit quandoq; oraturum, nimirum, in tẽpore opportuno, in iſta ſcilicet vita, vbi conuerti fas eſt. Opportunũ tempus, ait Arnobius afer laudatiſſimus, interueniendi pro ſeruo eſt, quando ſeruus emendatur,

tur. Nos ergo damus tempus opportunũ ſanctis orãdi pro peccatis noſtris, quãdo a peccato recedimus, hæc ille. Sic Philippenſium orationem ſibi Paulus in ſalutem ſuffragari audacter pronunciat. Et vt ſaluemur Iacobus orare pro inuicem iubet, qui tamen nemini ſalutem niſi deo autore, contingere poſſe optime nouerant. Quam ob rem nequaquam pugnant, deum ſolum dare gratiam ac gloriam, & ſanctos inuocare ſeu intercedere pro conſequenda a deo gratia & gloria. Philip. i. Iacobi. ſ. Pſal. 36.

¶Subiungitur in paralogiſmo: Qui ſemetipſum in omnibus tribulationibus paratiſſimum offert liberatorem & auxiliatorem &c., Sed latet in hoc verbo alia hallucinatio, nimirum, qđ dominus omnibus, in cunctis neceſſitatibus per ſe ſolum immediate ſemper ſubueniat, id quod a vero quam ſit alienum, infinitæ teſtantur ſcripturæ. Diuinum equidem auxilium in ſuis tribulationibus nemini (ipſum in ueritate inuocanti) defuturum fatemur. At ſicut vere inuocatur, nedum quando per nos ipſos, ſed etiam per ſuos ac noſtros amicos exoratur, videlicet ſanctos, ita cunctis ſalutis ſuppetias affert, tam corporis quam animæ, non ſolum per ſeipſum, ſed mediantibus ſanctis ſuis, ac reliquis creaturis ad hoc ipſum ſua prouidentia & clementia ordinatis. Hinc paratiſſimum ſeſe liberatorem & auxiliatorem offert, cum per ſe ſolum quandoque tum per ſuos electos interdum. Sic cum in hunc mũdum aduenifſet, omnes ab oĩbus curare languoribus, non tamẽ omnes per ſe immediate, imo plures per ſuos apoſtolos curauit: Nã ita legim⁹. Conuocatis duodecim ad ſe dominus, miſit illos curare omnem languorem, & omnem infirmitatem, mortuos ſuſcitare, leproſos mundare, dæmones eĳcere, regnum cœlorum euangelizare. Ob quid autem aliud, quam ob ſalutem eorum qui credituri erant per verbum illorum? Propter hoc dedit eis poteſtatem dimittendi peccata, necnon aliorum ſalutem procurandi, prædicando, exhortando, intercedendo. Dei namque Pſal. i4. Math. io. Lucæ. 9. Mar. 6. Math. i8. i. Cor. i.

(ſi Paulo credimus) adiutores erāt pro Chriſto legatione fun gentes, miſſi,in opus miniſterij, in ædificationē corporis Chriſti. Placuit enim deo per ſtultitiam prædicationis, ſaluos face re credentes. Hinc de ſeipſo Paulus loquitur: Omnibus oia ſa ctus ſum, vt om̄es ſaluos facerem. Nihil itaq; ſanctoꝝ vel inuo cationi vel interceſſioni obuiat, quod dominus ſeſe paratiſſimū omnibus exhibet liberatorem, qui non tam per ſe, quā per ſuos electos quos vult liberat ac ſeruat.

Sed his obſtare videtur, quod in paralogiſmo ſequitur, dicit dominus: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: & ego refocillabo vos. At ſubeſt & hic hallucinatio. Neminem enim pro interceſſionis ſuffragio accerſien dum, hoc ſermone dominum ſcripturarij pcepiſſe credunt, id quod nuſquam voluit, ſed ad ſe tanquā verum deum, vnicum omnium ſeruatorem, & ſolum ſalutis autorem omnes inuitauit, a ſanctoꝝ autem ſuoꝝ implorando ſubſidio, adeo non auo cauit, vt etiam ad hoc ipſum pro ſua conſequēda miſericordia remiſerit, ſicut ex ſuperioribus monſtrauimus. Porro qui ſancti alicuius patrocinium apud deum implorat, non ad alium ni ſi ad ſolum deum verum accedit. A ſolo nanque deo auxilium quærit, pro quo aſſequendo interceſſionis ſuffragium a ſancto expoſcit. Non minus ergo ad Chriſtum accedit, qui per ſanctum aliquem ipſum interpellat, quam qui per ſeipſum domi num exorat.

Matth.11

Similis hallucinatio accidit, cum male intelligitur, quod ſecundum literam bene producitur. Inuoca me in die tribulatio nis, & eruam te, & honorificabis me. Hoc etenim ſermone, non ſanctorum imploratio, ſed alieni dei adoratio ſimul & inuocatio interdicitur. Enimuero diuinitatis gloriam dominus alteri nequaquam dabit, ideoque præter ipſum non alius quiſquam tanquam deus inuocandus. At interceſſoriæ inuocationis priuilegium, etiam electis ſuis ſanctis conceſſit, dum illos noſtros (vt probauimus) interceſſores conſtituit, quibus in tali nimirum interceſſionis dono glorificari voluit, magnus licet

Pſalm.49.

cet

cet in ſe, & terribilis ſup omnes q in circuitu eius ſunt. Vnde de quodā ſuoꝝ ſanctorum in reliquoꝝ ſingulorum perſona dicit. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electum de plebe mea. Exaltaui, inquit, glorificaui, magnificaui electum, ſanctum, de plebe mea, fideli populo. In quo? In eo quod eum non ſolum potentem feci, imo & adiutorium illi ſuperaddiderim. Potentem feci, vt ſit in ſe indeficiens, addidi adiutorium, in quo alijs, inuocantibus eius patrocinium ſuffragaretur, vt de ſingulis ſanctis impletum verificetur, quod de ſancto ſanctorum ac prophetarum promiſſum legitur, inueniaturque verax qui ait: Amen amen dico vobis, qui credit in me opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Quod ſi qui adhuc credit hæc poteſt, quanto magis qui ſuper omnia bona domini conſtitutus Chriſtum videt in gloria? Quomodo enim ſuper omnia domini ſui bona conſtitutus intelligitur, qui de ſui domini bonis inuocatus, alijs patrocinari nequit?

QVARTVS PARALOGISMVS.

DOminus Chriſtus Iohannis decimo quinto capite docet. Si quid petieritis patrem in meo nomine, dabit vobis. Non dicit in nomine ſancti Valentini, Hieronymi aut Cornelij vel Anthonij, vel cuiuſuis alterius. Cum ergo inuocatio ſit petitio quædam, quæ iubēte domino non niſi ad patrem in nomine eius fieri debet, prorſus illicita & Chriſti verbo contraria ſanctorum inuocatio videtur.

RESPONSIO

DEum immortalem, quot hoc paralogiſmo hallucinantur ſanctorum inuocationem non eſſe, niſi quandam petitionem in nomine ſanctorum deo porrectam æſtimantes. At hi multum falluntur. Etenim ſi nihil niſi in nomine domini IESV, ad ſenſum quē ipſi ꝑtexunt, a patre petere licet, cur extra nominis eius expreſſionem, nos idem dominus orare docuit.

vbi ait, Sic orabitis: Pater noſter qui es in cœlis &c. In hac namque precatione, nulla fit illius nominis memoria. An non potuit vltimę adijcere petitioni, vt diceretur: Libera nos a malo, per dominum noſtrum IESVM CHRISTVM filium tuum? Aut ergo non licebit eam patri profundere, pro eo quod non fit in nomine domini, hoc eſt, cum expreſſa nominis domini inuocatione, aut ſi licet, haud recte nos filius docuit, vt a patre nihil niſi in eius nomine peteremꝰ. Ad hæc ſcripturarij ſchiſmatici reſpondeãt, ſi poſſunt. Nos interim illis dicimus, ſanctorum inuocationẽ haud minus illicitam quam orationem dominicam, quæ ſimiliter abſque nominis domini expreſſa inuocatione ad patrem porrigitur.

Math. 6.
Lucæ. ii.

¶At ne puſilli in fide hoc problemate ſcandalizentur, operæpretium eſt noſſe quod in ſanctorum inuocatione, licet eorum recenſeantur nomina, nihil tamen extra nomen domini a deo patre in illorum nomine petitur. Inuocare quippe ſanctos, vt cum dicimus: Sancta MARIA ora pro nobis, non eſt in illoꝝ nomine quippiam extra nomen domini petere, ſed eſt ſanctos interpellare, rogare, orare, implorare, quatenus vna nobiſcum pro nobis patrem in nomine IESV precentur, ad obtinenda iuſte deſiderata. Hoc autem nihil periculi habet, id quod mox oſtendemus. In nomine tamen ſanctorum etiam (modo ſane intelligatur) aliquid a deo petere licet, quod ſcriptura ſubſcribenda docebimus. Nec hoc prohibuit dominus, quando diſcipulis ſuis dixit. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: Non enim eſt hic ſermo prohibitorius, ſed aſſertorius eſt, non excluſorius, ſed informatorius, neque patiemur vt hæretici (quorum proprium eſt ſcripturam extra genuinum detorquere ſenſum) nobis, ex aſſertorio faciãt iterdictoriũ, aut ex iformatorio, excluſoriũ. Nihil ad literam prohibuit, niſi forſan q̃d illi petitioni ex diametro pugnat, ſed plane docuit, in cuius nomine apoſtoli tum eſſent.

Ioan. 15.

eſſent petituri. Non voluit hoc verbo quorumuis interceſſorum exponere ſuffragia, id quod nec tum oportuit, imo magis inſinuare illum, in cuius fide, quicquid obtinet oratio, mereatur ac omnia impetrantur, & qui ſolus potens eſt, apud patrem omnia petita cum patre donare. Ipſe autem ſolus eſt, per quẽ pater omnia nobis donat. Roma. 8 2.pet.1

¶ Addimus, quod ei, quæ in nomine ſanctorum, deo optimo, porrigitur, petitioni nequaquam pugnat. In alicuius enim nomine petitur, quando petendo, is vel in ſe vel aliquo ſui, commemoratur, qui potens eſt rem petitam, vel per ſeipſum donare, vel apud potentem vt donetur intercedere. Sic Moſes Exod.32. dominum in nomine ſanctorum patriarcharum Abrahami, Iſaac & Iacob precatus eſt. Sic Salomon, in nomine ſancti Dauid deum inuocauit. Quid enim periculi eſt, dominum in eius aut illorum nomine inuocare, propter quem vel quos ſe bene 2.Para.6. facturum pœnitentibus promiſit. Propter Dauid, inquit, ſeruum meum faciã hoc, propter ſeruos meos, ait, faciam, vt non diſperdam totum, &c. 3.reg.11.15 4.Reg.19 Eſa.37.& 65.

¶ An ſancti, dei ſerui non ſunt? Si ergo quibuſdam olim miſertus eſt propter ſeruos ſuos ſanctos patriarchas, & prophetas, eorum nomine non ſolũ licite ſed & vtiliter inuocatus, quid prohibet, vt hodie quoq; in ſanctorum ſuorum apoſtolorum aliorumq; nomine ſalubriter inuocetur, quibus pollicitus eſt, quæcunq; orarent credentes ſe accepturos, euenirent illis? Et rurſum: Si manſeritis (inquit) in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcumq; volueritis petetis, & fiet vobis. Nequaquam ergo dominus in verbo præmiſſo prohibere voluit ſe aut patrem in nomine ſanctorum inuocari, ſed illum, vt diximus, oſtendere, in cuius fide omnem oporteret profundere ad patrem orationem, & cuius intuitu omnis petitio fieret exaudibilis, ac impetratoria. Iohan.15. Rom.6. Apoc.10. Marc.11. Iohan.15.

¶ Nec imaginandum, quod in nomine domini petere, aliud non ſit, quam eius nominis ſonum duntaxat recenſere, aut per eius vocalem implorationem, vel expreſſam duntaxat inuocationem aliquid petere, vt puta dicendo, In nomine domini Ie-

ſu Chriſti, vel propter nomen domini Ieſu, ſeu per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Alioqui dominicam orationē ſeu precationem, ſicut diximus, ad dominum deum fundere neutiquam licebit, quæ hoc modo non fit in nomine domini Ieſu. Sed in nomine domini petere eſt, absq; cordis noſtri reprehenſione, in vera & ſyncera domini Ieſu fide, patrem pro aliquo ad ſalutem conducente, ſecundum ſuam voluntatē exorare. Sic tam Chriſtus quam eius diſcipuli petitionem quæ fit in nomine domini exponunt. At cum ſanctos inuocamus, aliud agimus nihil, quam quod eos rogamus, quatinus noſtri ſint apud deum comprecatores, & ea q̄ in ſyncera domini Ieſu fide, a patre nitimur obtinere, illorum accedenti comprecatione, facilius ſecuriuſque impetremus. Ea propter ſanctorū inuocatio, petitioni quæ in nomine domini fieri iuſſa eſt, adeo haud aduerſatur, vt eam quoque prorſus ſeruet ac veraciter includat. Enimuero ſanctum aliquem (quod toties, nec abs re inculcamus) inuocare, non eſt nudum eius retexere nomen. Aut illius inclamato nomine velle illius, non dei dono ſaluari, ſed eſt ſanctorum quempiam implorare, vt vna nobiſcum patrem in nomine Ieſu oret, ac in eodem nomine, recte deſiderata impetret. Scimus enim plurimorum, & præcipuę iuſtorum, orationes eſſe apud deum exaudibiliores, atq; ad impetrādum efficaciores. Conſequitur ex his, quod cum dicitur. Non licet inuocare, niſi in nomine domini, duplicem huic verbo ſub eſſe ſenſum. Primus, quod non liceat extra nomen & fidem domini, hoc eſt non in nomine deorum externorum inuocare, & hic ſenſus catholicus eſt, ſcripturiſq; probatus, noſtro vero inſtituto adeo nihil officiens, vt ipſum etiam plurimum confirmet. Alius ſenſus eſt, illicitum eſſe, precibus ad deum fuſis, alicuius alterius, quantumuis ſancti ac dei amici, nominis inclamatione vti. Hic ſenſus infidelis eſt, & ab hæreticis extortus, ſed a fide eccleſiæ Chriſti alienus, ideoque prorſus pernegandus.

Marc. 11. Iaco. 1.4. 1. Iohā. 5.

Matth. 18. Iaco. 5.

QVINTVS PARALOGISMVS.

Sancto-

SAnctorum inuocatio nos a deo auocat, & in creaturã, non in deum fidere facit, id quod lege diuina prohibetur, ergo ſanctos inuocare nequaquam licebit. Hier.17

RESPONSIO.

INuocatio ſanctorum quæ in vſu eccleſiæ eſt, a deo auocare, modo omnis abſit abuſus, nequit. Sępiuſcule etenim, nec abſq; cauſa præmiſimus, neq; repetere piget, inuocare ſanctos aliud non eſſe, quam rogare ſanctos, vt vna nobiſcum, pro noſtris neceſſitatibus deum exorent, quod certe adeo non auocat a deo, vt ad ipſum etiã plurimũ prouocet. Sed nec in creaturam fidere facit, ſicut nec proximorum confratrum noſtrorũ expoſtulata pro nobis oratio. Nã ſancti, non quaſi principales ſalutis autores, ſed ſicut per quos nobis auxilium a domino credimus eius ordinatione euenturum, inuocantur. Id autem licere, pluribus ſcripturis ſupra citatis docuimus.

SEXTVS PARALOGISMVS.

AB omni ſpecie mala iubet apoſtolus cauere, i. Theſſal. v. At inuocare ſanctos mali ſpeciem habet, videlicet idolatriæ. Cauenda itaq; eſt. .1.Theſ.5.

RESPONSIO.

SAnctorum inuocatio cæleſtium, non plus mali ſpeciẽ aut idolatriæ habere poteſt, quam inuocatio iuſtorum hominũ adhuc nobiſcum agentium, quos cum inuocando non adoremus, ſed illorum apud deum patrocinia, abſq; omni ſpecie idolatriæ, imploremus, ab idolatria quoq; prorſus alienã eſſe oportet inuocationem ſanctorum, niſi ſanctum Paulum idolatram fecerimus, qui toties ſanctorum ſuffragia inuocauit. Roma.15. Epheſ.6. .1.Theſ.5.

SEPTIMVS PARALOGISMVS.

DEus cum ſit omnipotens ac miſericordiſſimus, alieno haud indiget interceſſore, vana eſt itaque ſanctorum inuocatio.

RESPONSIO.

ASSumitur in hoc paralogiſmo non cauſa pro cauſa. Siqdẽ inuocationis ſanctorum cauſa eſt, non dei vel impotentia vel inuidentia, vel inſcitia, ſed noſtra deficientia, ſed diuinæ

uinæ prouidentiæ diſpoſitio, ſed ſuæ bonitatis magnificentia, qua deus in ſe ſumme bonus, omnipotēs, omniſcius, ſibiq; ſuffi cientiſſimus, non ſolum per ſeipſum, imo per ſanctos, tanquā amicos, ſua nobis bona communicare diſpoſuit. Nam ſummi boni eſt, ſui diffuſiuum eſſe. Eam ob rem apoſtolos, orbis do-
Matth. 5. & 28. ctores inſtituit, quamuis per ſe ſolum nos erudire potuerit.
Lucæ. 11. Dedit illis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & omnem languorem, quamuis per ſe potuiſſet, inuocatus, ſanare. Sic ſanctos ſuos noſtros voluit eſſe patronos, auxiliatores ac interceſſores, quamuis in ſe potentiſſimus ſit opitulari in omnibus. Qui & ſi ſit miſericordiſſimus, pro ſua tamē miſericordia con ſequenda, a nobis exorari vult, tum per nos, tum per alios. Ali oqui orare non iuſſiſſet. Dimitte nobis debita noſtra, &c.

¶ Neq; fit per hoc aliqua diuinæ miſericordiæ ſeu potentię derogatio, quemadmodum nec per hoc, quod non per ſeipm̄ immediate, ſed per ſolem creſcere ac germinare facit terræ naſcentia, & ſi abſq; ſole poſſet, ſed oſtenditur ac commendatur in hoc ſuæ immenſæ bonitatis profuſio, qua etiam creaturis communicat, quod per ſeipſum facere potens eſſet, vt ſic etiam in creaturis ſuis magnificetur ac glorificetur. Itaq; nobis, etiam ipſe, per ſanctos ſuos, abſq; omni derogatione ſuæ miſericordiæ & omnipotentiæ, imo ad præcipuam ſuæ miſeri cordiæ commendationem, patrocinatur, qua electos ſuos adeo dignificet, vt ex ſua poteſtate & bonitate poſſint, quod ex ſe valerent minime, quatenus ſic eius circa nos bonitas ac dignatio tum diffuſior tum clarior appareat, ad laudem ac glo riam ſuam, noſtram autem vtilitatem, ſanctorum quoq; ampli orem dignitatis prærogatiuam.

OCTAVVS PARALOGISMVS.

SOlus Chriſtus in ſcriptura mediator deſignatur, cuius eti
Gal. 3. am interceſſio ſola ſufficiens eſt ad ſalutem. Superfluit er-
1. Tim. 2. Iohan. 2. go ſanctorum interceſſio, & per conſequens etiam inuocatio.

RESPONSIO.

SImiliter hic non cauſa pro cauſa producitur. Etenim ob inſufficientiam vel interceſſionis vel mediationis Chriſti, ſancto-

rum nequaquam ſit aut inuocatio vel interceſſio, ſed ad commendandam diuinæ bonitatis magnificentiam, & miſericordiæ amplitudinem, atq; ſuæ prouidentiæ ordinem, quo voluit inferioribus, non ſolum per ſeipſum, ſed etiam per alia ſuperiora creata, terrenis, per cœleſtia, mortalibus, per immortales, peccatoribus, per ſanctos prouidere & auxiliari, propterquod ſanctorum interceſſio nullatenus ſuperfluit, præcipue, quia interceſſioni Chriſti, cuius ſancti membra ſunt, extranea nequaquam eſt. Nam in illorum interceſſione, ſicut & in eorum paſſione, Chriſtus, tanquam caput in membris intercedit atq; patitur. Act. 9.

Nec ideo ſcriptura Chriſtum, & non ſanctos, mediatorem claris verbis deſcribit, quaſi ſanctorum patrocinium omnino nullum ſit, ſed vt is agnoſcatur, ex cuius autoritate, dono, gratia, benignitate, miſericordia, & liberalitate, tam nobis omne bonum originaliter ac autoritatiue prouenit, quam ſanctis poteſtas interceſſionis data ſit. Eandem ob cauſam orare nos docens, nihil de ſanctorum inuocatione immiſcuit, non quia ſit impiũ iuocare ſanctos, ſed vt is (q ſol⁹ eſt vt deus adorandus) ſoluſq; in fide abſq; omni hæſitatione, tanquam omnis boni autor, inuocandus, ſiue per noſipſos, ſiue per illius amicos, agnoſceretur, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum deſcendit, qui eſt pater luminum, deus ſuper omnia benedictus, in ſanctis ſuis ſemper laudabilis & glorioſus in ſæcula ſæculorum Amen. Matth. 6 Luc. 1.

M. D. XXX. Auguſtæ, Octobris. xxvij.

De noſtris item operibus, grande mouebatur problema. An videlicet æternæ vitæ eſſent meritoria, ſi ſatisfactoria, ſi denique iuſtificatoria, id quod abſque omni ambiguitate, chriſtiana religio hactenus docuit & tenuit. At veſparum veſpertilionum, brucorum, ſcarabæorum, atq; crabronum tũ pſentiũ, ac negatiuã aduerſum veritatẽ tuẽtiũ magis clamorib⁹ & vaniſſimis cauillis, quã rõnib⁹ tanquã qddã difficillimæ ſolutionis, audiebatur. Verũ licet qs deos (id qd ingenue fateor)

Reuerende D. P. facilius expugnarit, quam hoc genus hominum didaculum perſuaſerit, atq; conuicerit. Nos tamen illorum grunnitus nihil morantes, quid ſancta doceat, prædicet & ſeruet eccleſia, aperta ſubſcripſimus ſententia.

CATHOLICAE ECCLESIAE SENTENTIA.

Opera noſtra bona, quatin⁹ ex fide p dilectionē opante fiũt, æternæ vitæ, quēadmodũ & mala gehēnæ, meritoria ſunt, ac pro admiſſis ſatisfactoria, demũ & noſtri iuſtificatoria

DECLARATIO ET PROBATIO DE MERITO

Primum eſto, quæ noſtra dicantur opera bona exponere. Proximum, an & vnde meriti accipiant rationem. Demũ, æternæ vitę probabuntur meritoria.

¶ Bona opera dicimus, quæ ſuos, ad ſummum bonum, operarios ordinant, & promouent. Huiuſmodi vero ſunt, quæ ſpiritus ſanctus in nobis per fidem & dilectionem operatur. Propria ſiquidem fidelium, quatinus filĳ regni, opera ſunt, quæ in fide per dilectionem, operantur. Quicquid enim vel extra vel præter, vel contra charitatem fit, fidelis ſeu chriſtiani proprie dici neqt, ſed humanũ quoddã opus tũ bonis tũ malis, inter
Matth.5. dũ etiã beſtĳs, nedũ infidelibus Aethnicisq; commune. Hinc fi
Gal.5. Colo.3 delibus apoſtolus ſcribit. In charitate radicati & fundati. Sup
1.Cor.10 oĩa aũt charitatē continuã habentes. Omnia in charitate facite &c. Porro noſtra dicuntur, quatinus per nos exercentur, & ſi ab exteriori q̃dam principio in nos deriuentur, ac in nobis efficiantur. Sicut enim ſermo noſter, qui nobis loquentibus ex ore noſtro profunditur, licet a. ſſ. detur, vere tamē noſter, quã tũuis a ſpũſancto principaliter proficiſcatur, ſermo dicitur, eo qd nos verba formamus & reſonamus, licet ille ſuggerat perq;
Mat.10 nos loquatur. Sic opa q̃ ſacer ille ſpũs in nobis & p nos opatur
2.Cor.13 quatenus p nos exercētur, noſtra quoq; opa vere dicũtur. Nã
Act.2. 2.Cor.13 & nob, quaſi Chriſti, mēbris vtitur. Hinc qdã audacter fateba
Gala.5 tur, Lingua mea calam⁹ ſcribæ velociter ſcribētis. Enimuero
1.Theſ.2 1.Cor.6 quēadmodũ literaꝝ formatio, ipi⁹ calami vere opus eſt, quod
Ephe.4.5. tamē calam⁹, niſi a ſcribētis, q literaꝝ principalis eſt autor, ma
Pſal.44. nu mot⁹ neutiquã poſſet, ita bona q̃ a. ſſ. p fideles fiũt, vere ſunt

operan

opantiũ fideliũ opa, & ſi ad illa nequaquã aſſurgere poſſint, niſi a ſſ. q principalis illoꝝ effector eſt, moti fuerint, ſine quo nihil facere poſſunt. His rite colluſtratis, nemo ambiget, bona noſtra opa dici, q̃ p nos chriſtifideles, ſſ. ĩ nob principaliter p charitatẽ agẽte, fiũt, hui⁹ rei gratia, b. Paul. genua ſua flectit ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo oĩs paternitas ĩ cœlis & ĩ terra noĩatur, vt det nobis ſcd̃m diuitias glorię ſuę virtutẽ corroborari p ſpm̃ ei⁹ ĩ iteriori hoĩe Chriſtũ habitare p fidẽ ĩ corb⁹ noſtris: ĩ charitate radicati & fundati, &c. Hæc ſi dei non eſſent ĩ nobis agẽtis opa, non diceret apoſtol⁹. De⁹ eſt q opatur ĩ vobis velle & pficere. Ipẽ eſt q in nobis bonum incipit, ipſe q & pficit ſcd̃m virtutẽ qua opatur in nobis. Rurſus: Si noſtra non eſſent, neutiquã pciperet domin⁹. Videant opa veſtra bona, vt glorificent patrem, &c. Nec ſcd̃m opera ſua quiſq; iudicandus ſcriberetur. Itẽ, ſi non dei pariter & noſtra eſſent, nequaquã propheta diceret. Oĩa opa noſtra, opatus es domine. En apte noſtra opa, nec dubiũ qn bona, deo tanquã actori tribuit, & tamẽ vere noſtra eẽ opa affirmat. Opa igitur q̃ de⁹ p nos ad gloriã ſuã, noſtrã vero vtilitatẽ opatur, ipa ſunt, q̃ in pſentiaꝝ, opa noſtra bona dicim⁹, tm̃ de illo. Pergamus videre vnde meriti, pcipue æternæ vitæ, nomẽ & rationẽ accipiant. Iohan. 15 Ephe. 3. Philip. 2 Ephe. 3. Matth. 5 Psal. 61. Prou. 24 Eſaiæ. 26

¶Opa æternæ vitæ meritoria, ab æternæ vitæ merito nomẽ accipere nemo dubitat. Porro æternæ vitę meritũ, humanã dicim⁹ actionẽ, ex charitate factã, habẽtẽ ex diuia liberalitate, ordinatione atq; promiſſ. vitã æternã pro mercede. Verbi gratia Pnĩam ex dei amore agere, meritoriũ op⁹ noĩatur, pro eo, qđ ẽ actio hũana ex charit. nata, habẽs ex diuia promiſſ. vitã ętern-nã ĩ pſtitutã. Ait eñ dñs. Pnĩam agite, appropinqbit regnũ cœloꝝ. Pnĩam, iqt, agite. Ecce op⁹ meritoriũ. Appropinquabit regnũ cæloꝝ, ecce merces promiſſa. Simile eſt huic: Qui facit voluntatẽ patris mei, q in cælis eſt, ipẽ intrabit in regnũ cæloꝝ. Facere volũtatem patris, meritum eſt. Intrare in regnũ cęlorum, merces eſt promiſſa. Ex hoc itaque noſtra bona opera dicuntur, æternæ vitæ meritoria, quod illis ex diuina ordinatione & promiſſione æterna vita, pro mercede debeatur, non Mat. 5 Mat. 7.

2. Timo.4 tam ex iuſticia, qua ſibĳpſi, ſuæq; promiſſioni deus obligatur,
quam ex gratia & miſericordia, qua ſic opera noſtra bona, qui
bus non indiget, dignanter acceptat, vt illa etiam æterna re-
muneret vita. An non mira circa nos diuinæ pietatis clemen-
Titum.3. Pſal.15. tia? Peccamus, & ob pœnitentiam non tantum indulget, imo
& pœnas remittit commeritas, nec hoc ſatis, inſuper pœniten
tiam ipſam æternæ vitæ meritoriam efficit. Quis pœnitentis
miſerandi peccatoris opera, ne dum pœnarum remiſſoria, ſed
etiamnum regno cælorum digna æſtimaret? Quis frigidum
potum aquæ, proximo in nomine Chriſti præſtitum, cæleſtis
regni crederet meritorium? Sunt tamen iſti ſimileſque, qui-
Luc. 24. bus ex diuina ordinatione debetur regni cæleſtis meritoria.
Marci.9. Hinc pietatis opera, tam huius, quam futuræ vitæ promiſſi
onem habere, Paulus ingenue fatetur.

1.Tim.4 ¶ Aliud itaque bonis noſtris operibus tribuimus nihil, cum
illa prædicamus æternæ vitæ meritoria, quam quod illa, di-
gna æterna confitemur vita, non ex ipſius noſtri ſubſtantia
operis, ſed ex dei miſericordia, ſua in nobis dona coronantis,
Oſe.13 operaq; noſtra taliter acceptantis, ſecundum illud. Perditio
tua Iſrael, tantummodo in me in auxilium tuum. Ipſa ſiqui-
dem bona opera, quatinus dei regno digna iudicantur, cum
primis gratiæ ac miſericordiæ dei in nobis operantis, haud no
Rom. 6. ſtra ſunt opera. Iam etenim diximus, nec iterare piget. Non
noſtra, quaſi noſtra, ſed ſua in nobis dona, qbus nos ſaluare di
gnatur, deꝰ coronat. Scdm illud Pſal. pro nihilo .i. gratis, non
Pſal.118 ullo cuiuſquam merito, labore, vel opere proprio, ſaluos fa-
Pſalm.55 cies, conuerſionem, gratuita largitate præueniendo, conce-
dens, & in conuerſis, merita, ad ſalutem operans. ¶ Ea pro-
pter in nullo, diuinæ gratiæ præiudicatur, ſi quando bona
Pſal.102. opera nuncupantur meritoria, ſeu noſtra merita. Nihil enim
aliud, quã dei in nobis miſerationes ſunt, de qbus Pſal. Qui
coronat te in miſericordia & miſerationibus. In miſericordia
coronat, quando nos ſua benignitate præueniendo conuertit,
gratia participes, & de impĳs, pios faciens. In miſerationibꝰ
ait, quando nos ad ſe conuerſos, ad æternã ꝑ opa bona ꝑducit
vitã.

vitī. Inde conſequens fit, vt dū noſtra opa aſſerimus meritoria aliud nil dicamus, quā opera illa quæ deus ſua gratia in nobis operatur, eſſe non abſque premio, ſed ad vitam æternam, illius miſericordia, ordinata, id quod ſcripturæ vtriuſque teſtamenti abunde probant. Enimuero, mereri nihil aliud appellamus, quam facere actionem, æterna vita, ex diuina miſericordia dignam. Quam ob rem bona opera noſtra, voculā hanc meritum, nequaquam tantū horrent, quaſi dis dia paſon ab ea diſtet, idquod modernis ſchiſmaticis, nec nomē, nec nominis rationem agnoſcentibus, viſum eſt.

Opera noſtra eſſe meritoria quid importet.

Mereri quid ſit.

¶ Proin operibus noſtris, dum aſſeruntur meritoria, nil, quaſi noſtris tribuitur, ſed diuina, tam in illis, quam in nobis, miſericordia magnifice commendatur, qua nos adeo dignatur, vt nos etiamnum per noſtram cooperationem ſibi reddat acceptos, ſuoque dignos efficiat regio, id quod eius apoſtolus teſtatur dicens: Cum tremore & metu, veſtram ſalutem operamini. Et Petrus: Satagite fratres, ait, vt per bona opera, certam veſtram vocationem & electionem faciatis. Sic em̄ abundanter miniſtrabitur vobis introitus in regnum dei, & ſaluatoris Ieſu Chriſti. At ſi non eſſent ex diuina ordinatione eꝰ regni meritoria, q noſtrā faceremus certā electionē? Quomodo per illa nobis abundanter miniſtraretur introitus in regnum dei? Inde ergo dicuntur æternæ vitæ meritoria, quod ex diuina miſericordia & acceptatione, ad æternam beatitudinem tanquam mercedem ordinata ſunt, quemadmodum & mala opera, gehēnæ meritoria dicuntur, quod ex diuina iuſtitia, ad æternam pœnam, tanquam conueniens eis ſtipendium deputata ſunt.

Phil. 2

2. Petri.

Roma. 6.

¶ His candide perſpectis, facile quiſque videbit, opera noſtra bona, veraciter eſſe vitæ æternæ meritoria. Diximus em̄ huiuſmodi opera eſſe, diuinę in nobis gratiæ opera, quibus ex dei miſericordia liberalique promiſſione & ordinatione, æterna (tanquam merces) debetur vita, quam vitam ſummeremur quādo huiuſmodi opera, ſpiritu ſancto nos mouente facimus, De quibus ſaluator ait: Attēdite, ne iuſtitiam veſtram coram

Math. 6.

Math.6. hominibus faciatis, vt videamini ab eis: Alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cælis eſt. Habet ergo iuſticia noſtra, modo non fiat vt ab hominibus videatur, repoſitam in cælis mercedem, cuius ſi meritoria non eſſet, merces illius nequaqam diceretur. Nam merces neceſſario alicuius meriti eſt. hoc & de eleemoſyna, oratione, ieiunio, alijſque multis dominus confirmat dicẽs: Te faciente eleemoſynam, ne ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. Tu cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. At cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſconſo, & pater tuus qui videt in abſconſo, reddet tibi. Quid autem aliud, putamus reddet, quam mercedem Abrahæ Gen.15. Prou.11. olim promiſſam, quando ait: Ego merces tua magna nimis. Nã Gal.6. ſeminanti iuſticiam, merces ipſe fidelis. Nolite errare, inquit Paulus, deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu Sapi.10. Ecclesi.16 metet vitam æternam. Iuſtus enim eſt deus, iuſtis laborum ſuorum mercedem reddens. Non (inquit Sapiens) effugiet Eccle.18. rapinam peccator, & non retardabit ſufferentia miſericordi- Eccle.51. am facientis: Omnis miſericordia, faciet locum vnicuique, ſecundum meritum operum ſuorum, & intellectũ peregrinationis illius. Ecce ſcriptura, claris verbis opa noſtra fatetur meritoria. Hinc rurſum ſubdit: Non verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces dei manet ĩ æternum. Et infra. Ope- Hier.31. ramini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. Hieremias quoque: Quieſcat, ait, vox tua a ploratu, & oculus tu⁹ a lachrymis, quia eſt merces operi tuo, ait dominus omnipotens. Quid hoc teſtimonio validi- Math 5. Luc.6. dius? Sed euangelica forſan teſtimonia audire vultis. Beati eſtis inquit in euangelio dominus, cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum

aduer-

aduerſum vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate
quoniam veſtra merces, copioſa eſt in cælis. Quiſquis potum Marc.9.
dederit vobis, calicem aquæ frigidæ, in nomine meo, quia Chri
ſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et Matth.10.
qui recipit prophetam, mercedem prophetæ accipiet. Et qui Lucæ.10. Roma.4.
recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et qui Roma.2.
cunque ad bibendum dederit vni ex puſillis his poculum aquę
frigidæ tantum in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non
perditurum eſt mercedem ſuam. Dignus eſt enim operarius .1.Cor.2.
mercede ſua. Nam ei qui operatur, inquit Paulus, mer-
ces deputatur, ſecundum ſuum laborem. Ideo deus reddit vni Hebr.6.
cuique ſecundum pacientiam boni operis, gloriam & honorem .1.Cor.15. Hebr.11.
& incorruptionem, quærentibus vitam æternam. Gloria au- Hebr.10.
tem & honor & pax omni operanti bonum. Vnuſquiſque pro
priam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Non e-
nim iniuſtus eſt deus, vt obliuiſcatur operis veſtri. Quapropter
abundantes eſtote, in omni opere domini ſemp, ſcientes quod
labor veſter non eſt inanis in domino. Beneficentiæ vero &
communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur .1.Ioan.2.
deus. Nolite ergo amittere confidentiam veſtram, quæ mag
nam habet remunerationem. Patientia namque vobis neceſ-
ſaria eſt, vt voluntatem dei facientes, reportetis promiſſionem
Quam autem aliam, niſi de qua beatus Iohannes. Vos, inquit,
quod audiſtis ab initio in vobis permaneat, quia ſi in vobis per
manſerit, quod audiſtis ab initio, & vos in filio & patre mane-
bitis, & hæc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitã
æternam. Vbi beatus Auguſtinus ſic habet: Forte mercedem
quæreres & diceres. Ecce in me quod ab initio audiui cuſtodio
obtempero, pericula, labores, tentationes, pro iſta manſione
ſuſtineo, quo fructu, qua mercede? Quid mihi poſtea dabit, qa
in hoc ſæculo, me video laborare inter tentationes. Non vi- Pſal.16.
deo hic eſſe requiem aliquam, mortalitas ipſa aggrauat animã
& corpus quod corrumpitur premit ad inferiora, ſed tolero om
nia, vt illud quod ab initio audiui maneat in me, & dicam deo
meo. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras

Ad quã

Ad quam ergo mercedem? Audi, & noli deficere, Si deficie bas i laboribus, promiſſa mercede fortis eſto: Quis eſt qui ope retur in vinea, & recedit illi de corde quod accepturus erat? Fac illum oblitum mercedem ſuam, deficiunt manus, Memo ria promiſſæ mercedis, perſeuerantem facit in opere. Et homo promiſit, qui te poteſt fallere, Quanto fortior eſſe debes in agro domini, quando promiſit veritas, cui nec ſuccedi poteſt nec mori, nec fallere poteſt eū cui promiſſum eſt. Et quid eſt promiſſum? Videamus quid promiſit: Aurum eſt, quod hic multum amant homines, an argentum? An poſſeſſiones ad quas fundunt homines aurum, quamuis multū ament aurum? An amœna prædia, amplæ domus, multa mancipia, animalia munerosa? Non eſt hæc merces quædam, ad quam nos hortatur, vt in labore duremus. Quid dicitur merces iſta? Vita æterna, Audiſtis, & gauiſi exclamaſtis, Amate quod audiſtis, & liberamini a laboribus veſtris in requiem vitæ æternæ. Ec-

Matt .25. ce quid promittit deus, Vitam æternam. Ecce quid minatur deus, Ignem æternum, Quid illis ad dexterā conſtitutis? Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Ad ſiniſtram quid? Ite in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius, Illud nondum amas, vel hoc time. Mementote fratres mei, quia vitam æternam vobis promiſit. Nemo vos ſeducat ad mortem, promiſſionem vitæ æternæ deſiderate, hæc ille.

Ecce quanto zelo, quanto ſtudio, beatus ille doctor, fidelibus, ex apoſtoli autoritate, inculcare nititur, vitam æternam eſſe noſtrorum operum bonorum mercedem a deo promiſſam, eiuſque mememoriam, neutiquam debere nobis excidere, vt ex tali præmio digni tandem habeamur & interim in opere perſeuerantiores reddamur. Hinc idem apoſtolus

Ioan. 2. rurſum ait. Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis, vt mercedem plenam accipiatis. Apertiſſimis hiſce ſcripturis qui diſſenſerit, operaque noſtra bona, æternæ vitæ meritoria negauerit, infidelis eſt, ac infideli Cain, huius hæreſeos primo autore, deterior. Hic etenim primus hanc orbi deteſtandam

infide

infidelitatem inuexit, opera noſtra primus meritoria negauit quem moderni hæretici, eius ſectę diſcipuli, fidelium opera bona apud deum negantes meritoria, ducem habent & patronum, de qbus glorioſus Chriſti apoſtolus Iudas ait: Væ his q in via Cayn abierunt, eius impietatem ſequentes, & de dei clementia impie ſentiendo, pœnitentiæ opera nequaquã meritoria credunt. Hoc namq; Cayn credidit. hoc aſſeruit, hãc inceſſit viam. Maior eſt (inquit iniquitas mea, quam vt veniã merear. Quid autem hoc, niſi deo mea nunquam ſic erũt accepta pœnitẽtiæ opera, vt veniæ ſint meritoria? Et hodieqd' aliud blaterant meritorum deſtructores, merita negantes? At interim mercedem (quam a bonis operibus diffitentur) ſibi pro hac impietate debitam, a beato pronunciatam apoſtolo attendant: Væ (inquit) æternæ damnationis eis debetur, qui viam Cayn abierunt. Igitur manifeſtarium eſt bona opera negare meritoria, damnabile eſſe, id quod & alia ſcriptura teſtatur, vbi de impijs (non recte cogitantibus, imo ſua excæcatis malitia errantibus) legimus, Neſcierunt ſacramenta dei, neque mercedem ſperauerunt iuſticiæ, & cæt. Si ſcriptura clare diffinit iniquum, infidele & erroneum, iuſticiæ mercedem non ſperare, quanto magis illam in vniuerſum negare? Recte de talibus beatus Iudas ait. Hi autem, quæcunque ignorant, blaſphemant, hoc eſt, seductores hæretici ſecreta fidei, quæ intelligere nequeunt, negant, & inhonorant. Quæcunque autem naturaliter tanquam bruta animalia norunt, hoc eſt, quæ ſenſitiua cognitione, brutis quoque communi, vel in rebus, vel in literis diuinis, agnoſcunt, & ſibi quaſi delectabilia, ſuiſque erroribus conuenientia apprehendunt, in his corrumpũtur, hoc eſt, talibus male vtuntur, & in eis damnabiliter delectantur, ac perſeuerant, errantes, & in errorem mittentes. Sed hos deuita quiſquis chriſtianus cenſeri velis.

Iudæ.1 Gen.4. Sap.2. Iudæ.1 2.Tim.3

¶At ſcripturariorum cohortem, dẽtibus aduerſum hæc ſtridentem audio, validiſque clamoribus infirmare molientem, quæ diximus, primo ſic.

PRIMO.

AEternam vitam nobis Chriſtus ſolus ſufficienter meruit. Nihil ergo nos meremur. Alioqui redemptore opus non eſſet, ſi noſtris ſaluaremur meritis, aut Chriſtus inſufficienter meruit, ſi noſtra adijcere oporteat.

RESPONSIO.

ET ſi dominus Chriſtus ſufficienter omnibus (Nam mortuus eſt pro omnibus) vitam meruit æternã, ſuo tamen merito, illam, non omnibus, ſed ſibi duntaxat, vt Paulus habet, obtemperantibus ſuaq; obedientia illam merentibus, debitã effecit. Quamobrem haud probe quiſquis argumentatur. Si Chrs ſufficienter meruit, ergo nos nihil meremur. Nos enim merendo precium noſtræ redemptionis, quod ſolus ille præſtitit, nequaquam exhibemus, ſed vitam æternam, quam ille nobis ſufficientiſſime meruit, debitam nobis, gratia cooperãte, facimus, quod qui neglexerit, Chriſti merito nunquam ſaluus erit. An non dicturus eſt dominus, nonnullis fidelibus, q bus haud dubium ſufficientiſſime cælum meruit merita tamẽ propria negligentibus: Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternum, q præparatus eſt diabolo & angelis eius? Oportet igitur beatitudinem, quam ille nobis ſufficienter meruit, per merita noſtra, debitam nobis faciamus. Alioqui nullus fidelium, imo neç infidelium aliquis damnaretur. Nam pro omnibus Chriſtus ſufficienter meruit. Nec apoſtolus fidelibus Coloſſenſibus ſcriberet. Cũ aũt Chrs apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. An non & pro illis Chriſtus gloriam ſufficienter meruit? Illis tamen hoc meritum neutiquam proficere, ab apoſtolo ĩtrepide aſſeritur, niſi eam ſibi debitam, digna conuerſatione, proprijſq; meritis efficiant. Noſtra itaq; merita, redemptorem nedum non excludunt, imo adeo exigunt, vt niſi eſſet redemptor, niſi ſufficiens præceſſiſſet redemptio, nequaquam vel vllum extaret meritum noſtrum. Ea propter nec merito nec redemptioni Chriſti, noſtra præiudicant merita, ſed tam illius meritum, quam redẽptionem præſupponunt, inq; his fundata ſunt. Inde dominũ

vineæ ſuæ procuratori dictum legim⁹. Voca operarios (ni mirum quos olim mea gratia ad vineam conduxi) & redde illis mercedem. Non dicet: Voca omnes quos ad vineam inuitaui, quibus ſufficienter merui, ſed operarios voca, illis mercedem quam ego eis meo merito, mea benignitate conſtitui, redde, eo quod illam ſibi debitam ſuis laboribus (mea tamen gratia partis) effecerint. Vnde & beatus Paulus poſtquam dixerat: Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui. Non ego, ſed gratia dei mecum, mox ſubiunxit. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, hoc eſt præmium ſeu merces iuſtæ operationis & meriti, quam reddet mihi dominus, in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi, ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius, vbi venerabilis Haymo Illi diligunt aduentum eius, qui ſecuri de præmio, ſperant ſe remunerari ab illo. Sicut rex quilibet aut imperator alicui ſuorum principum coronam tribuebat antiquitus victoriam reportanti ab hoſtibus. Ita dominus ſuis victoribus ac militibus præmia æterna, & brauia ſine fine manſura donabit. Imo potius reddet: Neque enim dabit inquit, ſed reddet, tanquã debitum aliquod, non munus, ſit recepturus, quippe qui iuſtior ſit, mercedem omnium decernet laboribus, fit itaq; vt vel debita corona hæc ſit ob iudicis æquitatem. Hayme Theop.

SECVNDO.

CHriſtus nos liberauit & vocauit, vocatione ſua ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia, ij. Timoth. i. Non ergo noſtris operibus aut meritis ſaluos nos facit, Titum. iij. Quamobrem, æternam vitam noſtris meritis obtinere impoſſibile eſt.

RESPONSIO.

AEternã vitam ex miſericordia ſeu gratia donari, & pro meritis dari, nequaquam pugnant, tum quia ſcriptura (quam ſolui impoſſibile eſt) deum æternam vitam, pro vtriſque dare manifeſte teſtatur, tum quia, noſtra merita nihil

Iohan.10. 1.Cor.12. 1.Pet.1 Gal.6. aliud ſunt, quam diuinæ gratiæ ac miſericordiæ dona in nobis, Quod ergo pro meritis datur, neceſſario ex gratia datur, & quod meremur, ex gratia accipimus, eo quod merita noſtra effectus ſunt gratiæ dei. Eatenus itaq; nobis poſſibile eſt, æternam mereri vitam, quatenus deum in nobis bona operari merita, quibus æternam vitam pro mercede conſtituit, Mat.18.25 ac promiſit, poſſibile eſt. Ex quo probe colligitur, grandē eſſe blaſphemiam, opera noſtra per negare beatitudinis meritoria. Quis enim neſcit eſſe blaſphemum, aſſerere, deum in nobis opera, vita æterna digna, opari haud poſſe? An hoc non illius occaſione, ſed gratiæ, imo & promiſſioni pugnat? Igitur procul omni dubio, grauiſſime deum offendunt, & a recta Chriſti fide excidunt, qui opera noſtra, non meritoria impie Iudæ.1 defendunt, de quibus beatus Iudas ait: Hi ſunt in epulis ſuis male conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ a ventis circunferuntur, arbores autumnales, īfructuoſe, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumātes ſuas confuſiones, ſydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt inæternum.

TERTIO.

MAnifeſte Paulus ait: Si ex gratia, ergo non ex operibus. Roman. xi. At beatitudo ex gratia datur. Romanorum. vi. Ergo non ex operibus, non ergo pro meritis datur.

RESPONSIO.

GRatia ſi quando primitus datur, omnino gratis datur, nequaquam ex operibus, gratiam meritorie præceden Rom.11. tibus. Alioqui gratia, iam non eſſet gratia. Illud tamen, quod habita gratia, vel ex gratia, vel propter gratiam datur, poteſt etiam vel ex, vel pro operibus gratiam ſequentibus dari, & nihilominus ex gratia eſſe, eo quod gratiæ neutiquam repugnet, eſſe bonorum (mediantibus aliis virtutibus) operū principium, quorum finis eſt æterna vita. Hoc aūt modo, be 1.Pet.1 atitudo nonnullis ex grā datur, q̄ ex opib⁹ ſeu pp op̄a gr̄ē quibus.

bus æterna vita promiſſa eſt, vnde haud recte conficitur argumentum. Si ex gratia; ergo non operibus ſeu meritis. Equidem nihil pugnant, beatitudinem ex gratia dari, & tamē meritis dari, eo quod gratię (cui æterna debetur vita) merita, effectus ſunt. Hinc patremfamilias audimus cuidam pro denario diurno murmurāti, reſpondētē, ſuaq; reſponſione teſtantem, oparijs in ſua vinea (ſed ſua ſponte ac liberalitate) conductis, q̄d erat gratię, diurnum pro factis laboribus, quod erat iuſticiæ, denariū reddi. Sic eñ ait. Volo & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An non licet mihi, quod volo facere? vbi gratia cōmēdatur. Et tamē iā ante iuſſerat oparios vocari mercedemq; illis reddi, quo certe ſubindicabat diurnū denarium, pro laboribus in vineis actis reddendum, quod erat iuſticiæ. Præmiſerat ſiquidem. Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtū fuerit dabo vobis. Ea propter, ęternæ vitæ merces diurno denario ſignificata, & ex grã, & ex meritis a domino datur. Ex grã ē, quod nos ad illā ſua miſericordia vocauit. Gratiæ ē, quod nos meritis diuites facit. At quod nobis illā tāquā mercedē reddit, ex laboribus ac meritis noſtris euenit, ad q̄ nos, pro ea conſequenda mercede, conduxit. Math. 20.

QVARTO.

DIcit Apoſtolus. Ei q opatur, merces non imputatur ſecūdū debitū. At merces æternæ vitæ ſecūdum gratiam imputatur, ergo non ſecūdū debitū, ergo nullū ē ei⁹ meritū. Rom. 4.

RESPONSIO.

AEternæ vitæ mercedē, ſcriptura, ſecūdū duo nos conſiderare docet. Primo p reſpectū ad deum, tāquam p̄ci ſe dātem illā mercedē, & hoc modo, non ex debito, ſed ſecūdum gratiā merces imputatur. Nulli⁹ eñ debitor ē de⁹, dicēte Paulo. Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? Dein, p reſpectū ad deum vt mercedē promittētem. Facietib⁹ naq; ſuā voluntatē, de⁹ æternam pro mercede vitā promiſit. Et hoc modo, btitudo ſeu merces æternæ vitæ, non ſecundum gratiam tm̄, imo ſecundū debitū diuinæ videl. promiſſionis, tāquam merces iuſticiæ imputatur, ſecundum illud. Repoſita Math. 7. Ioan. 14. 2. Tim. 4.

eſt mihi corona iuſtitiæ &c. Vnde cũ in argumẽto aſſumitur Aeternæ vitæ merces ſecundũ gratiã imputatur, verũ eſt, ſi conſideretur p reſpectũ ad deũ tãquã pciſe datorẽ, hoc ſiqdẽ modo conſiderata, ſolũ ſecundum gratiã, & non ſecundũ debitum datur, eo q̃d nulla humana actio, ad diuinã pticipandã gloriam proportionata ſit. At eadẽ merces ſi p reſpectum ad deum, tãquã promiſſorẽ conſideretur, ſic non ſecundũ gratiam ſolũ, imo magis ſecũdum debitũ imputatur. Hoc aũt, non primo, modo, ſub humano merito cadit, iuxta illud: Voca operarios, & redde illis mercedẽ. Qui facit volũtatem dei, manet i æternũ. Faciẽtib. eñ nob opa bona, abundanter miniſtrabitur introitus in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Non eñ oĩs q dicit illi domine, domine, intrabit i regnum cælorũ, ſed q facit voluntatẽ patris ei⁹ q in cælis ẽ. Quãobrem: Qui vult ad vitã ingredi, ſeruet mandata. Tũc etenim beatus qſq; erit, ſi cũ hæc ſciat, etiã fecerit ea.

¶ Et ne quẽpiã hac i re, ſanctorũ patrũ verbis hallucinari contigat, hãc volui adiectã coronidẽ. Per propria ſaluari merita, aut ppria exigi merita, duplicem ſenſum habere poteſt Prim⁹, vt itelligãtur propria, q̃ ſunt pciſe hoĩs, ex ſolo libero arbitrio, diuinitus ſibi ſemel conceſſo, opa beatitudine ſupna digna, opantis. Et hoc modo proprijs meritis ſaluari, ſancti tamquam hæreſim Pelagianã vehemẽter deteſtantur. Hæc eñ aſſerit hominem, ſi velit, ſuis viribus ſaluari poſſe, abſq; dei gratia, contra quam hæreſim, præcipue Hieronymus & Auguſtinus admodum plura ſcripſerunt. Secundus, vt propria merita intelligantur, quæ non ſunt pciſe aliena, & nihil cooperantibus, tantum applicata, ſicut in paruulis baptiſatis contingit, ſed etiamnum per noſmetipſos (cooperante Chriſti merito & gratia) effecta. Hoc modo proprijs ſaluari meritis, adeo neceſſariũ eſt adultis, vt ſi talibus careãt, regnũ dei nunquam ingeſſuri ſint, id quod domin⁹, ſub fatuarũ quinq; virginum pabola, ſi ſanctis Hiero. credimus ac Gregorio, manifeſte docuit. ¶ Tñ de noſtrorum operum merito dictũ eſto. De ſatiſfactione quoq; parum quiddam audiamus.

OPERA NOSTRA ESSE SATISFACTORIA

OSTenſuri bona noſtra opa, eſſe apud deum ſatisfacto-ria, opæpretium duximus, quid pœnitentialis ſatisfacti onis (de hac ſiquidē nob iā differendum eſt) nomine importetur præmittere, ne vel vllum in eius vocabuli ſenſu piculū timeatur, aut in quoquam, ſatisfactioni ſeu redemptioni domini noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti p̄ræiudicare videamur. Satisfacere pœnitētialiter, eſt debitam deo pœnā (cuius nos p̄ peccata p̄terita, poſt baptiſmum admiſſa, obnoxios fecimus) ſecundum illius voluntatē reddere & exoluere. Debitā deo pœnam dicimus, quam a peccatoribus deus non exacta iuſtitia, ſed amicabili reconciliatione exigit. Peccādo namq; duplex incurrit malū peccator. Culpam videlicet, qua deum offendit, & pœnæ reatum. Et ſi quidem mortalis fuerit culpa, æternæ reatum pœnæ incidit, quem tamen pœnitendo, dei qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat, benignitate, ſic euadit, vt in pœnæ temporariæ, ſiue hic, ſiue in purgatorio exoluendæ reatum, amicabiliter corripiendus trāſeat, p̄cipue, quando non anteceſſit tanta pœnitentia, ſeu contritio, quanta potuit, gratia cooperante, totum animum penitus ab omni reatu expurgare. Neq; enim ita remittuntur tunc peccata, quin dignæ pœnæ debitum ad huc ſubeūdæ maneat, cui peccator obnoxius eſt. Quod ſane debitum, ſi Auguſtino credimus, inter alia numeratur, quū in oratione dominica dicimus. Dimitte nobis debita noſtra. Neq; prius in cælum aditus patebit, quā hæc debita quoquo modo fuerint integre perſoluta. At vbi talium ſolutio plenarie acceſſerit, deo, cum aliud quid a nobis haud exigat, ſatisfeciſſe dicemur. Sic Pylatꝰ Iudæis ſatisfeciſſe legitur, dominum Ieſum illorꝝ voluntati tradēs. Nā aliud ab illo nihil ex poſtulabāt. Porro ne didaculꝰ q̄ſquā, p̄ſentia tāquā nr̄i capitis figmēta, cauilletur ſcripturis docebimꝰ. Primum, dimiſſa culpa, remanere nonnunquā pœnā. Dein, q̄d peccator huiuſmod pœnam ſua opa coopante gr̄a exoluere poteſt & tenetur. Poſtremo q̄d huiuſmodi digne pacta, deo p̄ opa ſua pec-

cator recte ſatisfeciſſe dicitur. Age primum iam oſtẽdamus.

¶ Adam primum hominem (qui tanta fuerat ſapientia ꝓditus) neminem dubitare putamus, poſt offenſam ſtatim reſipuiſſe, q̃ tamen a pœna, peccato ſuo debita, nequaquam illico liberatus fuit. Fratres Ioſeph, diu poſtquam hunc vẽdiderant pœnas facti ſui dederunt in Aegypto, vt & Rubẽ clamaret. Merito hæc patimur, q̃a peccauim⁹ in fratrẽ noſtrũ & tamen credibile non eſt Patriarchas tantos, nunquam interea pœnituiſſe, neque culpam eis fuiſſe dimiſſam. In Leuitico ſcriptum legimus. Anima quę iurauerit & protulerit labijs ſuis vt male q̃d faceret vel bene & non fecerit, & illud ipſũ iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq; poſtea intellexerit delictum ſuũ, agat pœnitentiã pro peccato, & offerat agnum de gregibus ſeu capram, orabitq; pro eo ſacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Audimus non ſufficere pœnitere, ingemiſcere, & a pctis reſipiſcere, ſed oportere inſup agnum aut capram offerre (quod ẽ ſatisfacere) pro peccato. Nam hæc oblatio, cum eſſet deo grata, haud fiebat, niſi poſt impartitam peccatori gratiam, ad culpæ condonationẽ, & ideo non ad culpæ quæ iam dimiſſa erat, remiſſionem, ſed ad ſatisfactionem pro pœna culpæ dimiſſæ, debita. Moyſen & Aaron, quibus in pœnã aut faſtus aut incredulitatis ſuæ, non erat permiſſum vt populum Iudaicum in terram promiſſionis inducerent, num credemus eos diu ante non fuiſſe reconciliatos in gratiã? Remanſit tamẽ in vtroq; pœna pro peccato debita. David, poſtquã intellexit adulterij culpam ſibi fuiſſe remiſſam, ſed pœnã reſeruatã, non deſtitit fletib⁹ quã acerbiſſ. pœnã illã peccato debitã diluere, & cum gemitu orare, ſibi deleri iniquitatẽ, ampliuſque a peccato ſuo lauari. Afflict⁹ ſum, inq̃t, & humiliat⁹ ſum nimis, rugiebã a gemitu cordis mei. Et paulo poſt. Q̃m ego i flagella pat⁹ ſum, & dolor meus in conſpectu tuo ſemp &c. Eodẽ ptinet, quod Ezechias rex, tãetſi culpa fuiſſet ei remiſſa, non tñ ei⁹ pc̃m̃, oĩpenit⁹ caruit punitione. Rurſum i Daniel. traditur q̃d q̃ũ Nabuchodonoſor audierit ſomnij ſui terribilẽ expoſitionẽ,

Da-

Daniel ei mox conſuluit, vt eleemoſynis peccata ſua redime-
ret. Ad quid autem attinebat iſta redemptio, niſi ad ſatisfacti
onem? Tum enim (ſi b. Augu. credimus pariter & Hierony.)
facti ſui pœnitens erat, & differebat deus in eum ſententiam,
per menſes duodecim illum expectans, ad ſatisfaciendum pro
peccato. Certe niſi pæna, remiſſa culpa, ſoluenda reſtaret, Io- Mat.3.
hannes baptiſta populum ad ſe confluentem nequaquam fuiſ-
ſet cohortatus, vt dignos agerēt pænitentiæ fructus, quod nos
poſt ſanctos, Auguſt. Greg. Chryſoſt. Hierony. Ambro. Cy-
prian. ſatisfacere nominamus. Nam faciendo dignos pæniten
tiæ fructus, dignam deo pœnam exoluimus, noſtro iudicio, di
uinū euadentes, ſecundum illud Pauli. Si noſmetipſos dijudi- 1.Cor.11
caremus, non vtiq; iudicaremur. Vnde b. Chryſoſt. ſup Matt.
ait. Si vis (quod ego conſulo) nec hic a deo pæna quauis cruci
ari, tuipſe tibi iuſtus ſis iudex, referas tibiipſi rationes viuendi
Audi Paulum dicentem: Quoniam ſi noſmetipſos iudicaueri
mus, non vtiq; iudicaremur. Si id facies ordine paulatim pro-
grediens, ad coronam quoq; peruenies.

¶His confine eſt quod Paulus in actis, affirmat ſe gentibus Act.26
annunciaſſe, quatenus pœnitentiam agerent, & conuerteren-
tur ad deum, digna pœnitentię opera facientes. Quam rē aper Rom.6.
tius Romanis indicat inquiens. Sicut exhibuiſtis membra ve
ſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhi-
bete membra veſtra ſeruire iuſticiæ ad ſanctificationem. Ac
cui putamus iuſticiæ, & in quam ſanctificationem? Iuſti nimi-
rum erant & ſanctificati ad quos loquebatur Paulus, quantum
ad gratiam intus iuſtificantem attinebat. Sic enim illos ſaluta
uerat. Omnibus qui ſunt Romæ: Dilectis dei vocatis ſanctis,
&c. At erāt iidem adhuc propter reliquias peccatorum & pæ
nas pro peccatis debitas, etiam iniuſti, quippe quas nondum
expiaſſent digna pænitudine. Manſit ergo nonnihil in illis
poſt culpam condonatam, quod iuſto vindicandum erat & ex
piandum ſupplicio,

¶Similiter Corinthijs ſcribens, gaudere ſe dicit, quod ſecū 2.Cor.9.
dum deum triſtati fuiſſent ad pænitentiam in ſalutem ſtabilē.

Quæ ſcd̄m deū, inqt, triſtitia eſt, pniam in ſalutem ſtabilē opatur. At cum triſtitia ſcd̄m deum abſq; gratia non ſit, hoc ipſum interius ſcd̄m deum triſtari, ad remiſſionem peccatorū opabatur. Ad qd ergo opus erat, exteriori, quam cauſabat, penitentia, niſi ad penarū debitarū poſt culpæ condonationē reſtantiū expiationem? Vnde ſubdit apoſtolus: Ecce enim hoc ipſum, ſecundum deum contriſtari vos, quantam in vobis opatur ſolicitudinem, hoc eſt, ſtudium emendandi quod deliqſtis, ſed defenſionem, hoc eſt, ſcd̄m Hierony. ſatisfactionem pcepti, ſed indignationem, nimirū, in voſipſos, pro malis, q̄ geſſiſtis, ſed timorem, ne ſimile qppiam in futuro vobis contingat, ſed deſiderium, in melius proficiſcendi, ſed æmulationem pſtantiorū virtutum, ſed vindictam, hoc eſt, caſtigationem veſtri, pro peccatis admiſſis, &cæ. Si quis ad hunc modum cuncta q̄ in ſcripturis ſunt recenſere velit, qbus continetur, poſt dimiſſam culpā, remanere pœnam peccatis debitam, grandis profecto liber prodiret. At nos iam q̄d ſcd̄m erat ſtatuamus, nimirum, peccatorem poſſe ſua opera, cooperante tamen gratia, huiuſmodi pœnam exoluere, & ad eius ſolutionem obligari.

Roma. 6 ¶ Diuinæ volūtatis, pco magnificus, S. Paulus, dum huiuſmodi pœnarū expiationem fidelibus commendaret Romanis ſolerter pmiſit. Humanū dico, pp īfirmitatē carnis veſtræ. Humanū, inqt, hoc eſt, leue, ad complendū facile, & hoīs fragilitati plurimū congruens. Vobis do pceptum, a quo nemo ſe rationabiliter excuſare poteſt. Ideo vero leue, propter infirmitatē hoc eſt impfectionē veſtrā, ac carnis veſtræ fragilitatē, ob quā (Ambr.) grauiora minime ferre poteritis pcepta. Vbi b. Ambr. Medicus ſpiritalis, non plus a nobis exigit, nedū pcepta quaſi grauia fugeremus ppendentes infirmitatē noſtrā, maneremus i morte. Origēes, pudorē quēdā p hoc īcutit apoſtolus auditoribus, vt (Orige.) hoc ſaltē obſequīj dependant iuſtitiæ, & ſanctificationi, qd prius īmunditiæ & iniqtati detulerāt. Quid ergo tā humanū, hoc eſt, qd tā leue, qd tā ſine onere, & qd nulla ratione prorſus poſſit īfirmitatis excuſare, &c. Qd itaq; ab apoſtolo leue, ac cūctis penitus facile pcipitur, qs poſſibile dubitabit? An humanū dici

pote

poteſt, quod homini prorſus impoſſibile eſt? Alioq nec domini pcurſor, nec apoſtolus Chriſti pceptum hoc infirmis peccatoribus impoſuiſſet, nec tandem intuliſſet. Si nos iudicaremus non vtiq iudicaremur. Penarum itaque relictarum exolutio peccatoribus poſſibilis eſt. ¶Porro cum ſola charitas, deo noſtra faciat opera accepta, ſitque ſoli illi talis vindicatio debita, neutiquam ei digne exolui poterit, niſi cooperāte charitate & gratia, ex qua ſi non prodierit, prorſus nulla apud deum reputabitur, dicente apoſtolo. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Ea'pp, neceſſum eſt iſtis expiationib⁹ charitas aſſit, & coopetur dei gratia, ſi ſatisfactionis ratione habere debeāt. i.Cor.ii. i.Cor.ij i.Cor.ı ıȝ

¶Nec dubium arbitramur, quin ad huiuſmodi ſatisfactiones peccator obligetur, cum illam deus exigat, præcipue quando non tanta præceſſit contritio, quanta pro delenda culpa, & expianda commerita pena, a diuina iuſtitia exigebatur, id quod plurimis ſupra citatis ſcripturis oſtendimus. Sufficiat iam Pauli autoritas, dicentis. Si nos iudicaremus, vtique non iudicaremur. Eatenus nos ergo proprium ſuper admiſſis obnoxios tenet, quatenus diuinum, vindictam illam exigens, euadere cupimus iudicium. Hinc cum per Iohelem dominus reſipiſcentiam indixiſſet. Conuertimini, inquiens, ad me in toto corde veſtro, mox ſatisfactoriam vindicationem expoſtulans, adiunxit. In ieiunio, flētu & planctu, &c. Et paulo ſupius, plange quaſi virgo accincta ſacco, &c. Et ad ſacerdotes. Accingite vos & plangite ſacerdotes, lamentamini qui miniſtratis altari. Ingredimini, dormite in ſaccis miniſtri dei, &c. Simile in Ezechiele legitur. Si conuerſus fuerit impius ab impietate ſua, & fecerit iudiciū, & iuſticiā, vita viuet, & non morietur. Subſcribit Micheas dicens. Indicabo tibi o homo, qd ſit bonū, & quid dominus a te requirat. Vtiq facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ambulare ſolicitum cum deo tuo. i.Cor.ii Iohel.2 Ibid,2 Ezech.33

¶Et quid aut vnum aut alterum prophetaꝝ hic cito, quando Hieronym⁹ ipe fatetur, vocib⁹ omniū prophetaꝝ nos voca

re deũ ad pœnitentiã, hoc eſt, ad pœnã debitam pro peccatis. An non ex productis ſcripturis videmus, deum pter conuerſionẽ ad ſe (quæ vtiq; p iuſtificantem gratiam fit, qua culpa remittitur) etiam exigere, vt faciat peccator iudicium & iuſticiã, id quod ex diuo Paulo iã ſupra docuimus? At quid ẽ facere iudiciũ, niſi ſeipſum iudicare, hoc eſt, ſeipſum arbitrari plagis ac pœna dignum? Quid facere iuſticiam, niſi iſtud exequi, quod iudicauit, & ſibi pœnam ſtatuere, vt iſto iudicio, & eius executione, domini effugiatur iudiciũ? Hoc autem dei iudicium, ſi ſuo proprio iudicio & iuſtitia peccato effugerit, nonne deo ſuis operibus iam ſatisfeciſſe dicetur? Nam ſupra docuimus, ſatisfacere non eſſe aliud, quam deo debitam exoluere pro admiſſis pœnam.

¶ Hæc enim quicunque candide collegerit, haud dubium niſi malitia nolit, opera noſtra pœnitẽtialia, ex charitate facta, probabit eſſe ſatisfactoria. Hinc dominus ait: Quod ſupereſt
Lucæ.11. date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt vobis. Et rurſum
Lucæ.6. Matth.6. dimittite, & dimittetur vobis. Si enim dimiſeritis hominibus
Matth.10. peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis pecca-
Iaco.5. ta vrã. Item, petite & dabitur vobis. Et Iacob⁹: Orate pro inuicẽ vt ſaluemini. Et Petrus. Charitas operit multitudinẽ pecca-
1.Petri.4. to℞. Charitas, hoc eſt, opera charitatis, quæ proximis ex affectu charitatis impendimus, q̃ ſunt opa ſatisfactionis, opit multitudinẽ peccato℞, vt deus vltra culpã non reſpiciat, imo p illa opa charitatis etiã pœnã idulgeat. Hoc Pau. voluit vbi ait.
1.Cor.11. Si nos diiudicarem⁹, non vtiq; iudicaremur, hoc eſt, Si nos noſtras ĩ deũ offenſas propria auſteritate vlti fuerim⁹, vſq; adeo clemẽtẽ ſe nob ipẽ pbebit, vt nolit vlciſci denuo. Neq; eñ bis in idipm iudicat. Propter hoc & David ſua pctã vidicãs, con-
Pſalm.24. fidẽter ait ad deũ. Vide humilitatẽ meã, & laborẽ meũ, & dimitte omnia pctã mea. Si non certo ſperaſſet p ſuã in ſemetipſum aĩaduerſionẽ, commeritas pœnas ſibi condonãdas, nequaquam ad hunc modum ſeſe affixiſſet, neq; petiiſſet condonari ſibi peccata, hoc eſt, pœnas peccatis debitas. Iam enim de
2.Re.12. remiſſa culpa ſatis ei conſtitit. Huc quoque indulgentiarum

gratia pertinet, qua abſque dubio, pœnæ exſoluuntur debitæ & abolentur peccatorum reliquiæ, cum non fruſtra dominum Petro dixiſſe credamus. Quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis. En quot modis diuina clementia nobis ſatiſſactionem præſcripſit, nimirum, eleemoſynarum largitione, iniuriarum remiſſione, propria vel aliorum precatione, charitatis affectione, propria & alterius auſteritate, indulgentiarum conceſſione, vt non ſit qui ſe abſcondat a calore ſuę immenſæ benignitatis, ſed inexcuſabilis tandem inueniatur, qui has diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnit. Nec enim ammodo ignorare poteſt, quin benignitas dei ad pœnitentiam & ſatisfactionis opera ipſum adducat. Nec ſcripturæ deſunt exempla. Satisfecerunt Niniuitæ, pœnitentiæ & ſatisfactionis aſſumentes opera. Sic enim textus habet: Vidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt, de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Porro quæ opera fuerint, præmiſit dicẽs Et ſurrexit Rex de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum a ſe, & indutus ẽ ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius dicens: Homines & iumenta & boues, & pecora non guſtent quicquam, nec paſcã tur, & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines & iumenta, & clament ad dominum in fortitudine, & conuertatur vir a via ſua mala, & ab iniquitate quæ eſt in manibus eoꝝ &c Ecce ſcriptura manifeſte ſubindicat, Niniuitas domino ſatiſfeciſſe, ieiunio, fletu, oratione, auſteritate. Niſi enim his operibus deo ſatisfeciſſent, nec illis placatus, neque miſertus (opera huiuſcemodi reſpiciens) fuiſſet. Ita ſatisfecit Dauid. Item & Achab. Sed & Manaſſe. Sic Petrus, amare iugiter flens. Sic Magdalena, lachrymis ſeruatoris pedes rigans, alijq; complures, quorum ingentem pęnitudinem & afflictiones ſua ſponte ſuſceptas, clementia dei, velut iuſtam pęnæ (quæ ſceleribus eorum debebatur) ſatisfactionem admiſit, cohibuitque flagellum quod illis inferre meditabatur.

Matt. 16. Rom. 2. Ionæ. 3. 2. Re. 12 3. Re. 21. 2. Par. 33 Matt. 26. Lucæ. 7.

¶ Certe ſi opera noſtra non ſint ſatisfactoria, dominus nos

Ioan.6. plurimum fefellit, orare docens. Dimitte nobis debita noſtra &c. Inter hæc namque debita etiamnum pœnarum debita nu merantur. Aut ergo ſatisfacimus orando, impetrantes debito rum & pænarum quibus obnoxij tenemur relaxationem, & inficias ibit nemo, nos opere noſtro ſatisfacere. Nam orare no ſtrum, opus quoddam eſt. Aut nunquam aſſequimur quod pe timus, & fallax erit oratio, fallax & veritas quæ nos hac orati one debitorum remiſſionẽ certo conſecuturos docuit. Ea pro pter ſatisfactionis contradictores, aut obmuteſcant, aut in no ſtram concedant ſententiam, opera noſtra fatentes ſatisfacto ria, aut dominicam precationem, tamquam vanam ac fallacẽ penitus tollant. Hæc de noſtrorum operum ſatisfactione ſuf ficere credimus, ſi, ob vitandas hęræticorum circũuentiones, modicum hoc adiecerimus antidotum. Ex aduerſo ſiquidem illi clamabunt: Chriſti paſſio ſola ſufficiens, imo & ſuperabun dans ſatisfactio fuit pro peccatis noſtris, imo totius humani ge

1.Ioan.2. neris, ſecundũ illud. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mũdi. Aut er go noſtra ſatisfactio ſuperfluet, aut illius inſufficiens erit.

¶RESPONSIO.

EX præmiſſis haud probe infertur hæc conſequẽtia. Sua e tenim ſatisfactione dominus Chriſtus, noſtrã nequaquam excluſit aut inualidauit, ſed exigens, eã nobis magis parauit ef ficacẽq; nobis fecit, ac vigorem illi debitum ſoluendi dedit. So lus quidem ſua paſſione ſatisfecit, noſtræ redemptionis preti

Pſal.68. um plene exoluendo, ſecundum illud pſalmiſtæ. Quæ non ra

Eſai.53. pui, tunc exoluebã, diſciplina quippe pacis ſup eum, & liuore

Eſa 61. eius ſanati ſumus, q in dilectione ſua, & indulgentia ſua nos re demit. Nec hoc tñ, inſuper ſua ſatisfactione, noſtris operibus vt eſſent ſatisfactoria commeruit. Satisfacim⁹ tamen & nos, non culpas diluendo, non humani generis aut noſtrã ex nobĩ ſa lutẽ procurãdo, non illius ſatisfactionis deficiẽtiã vel ſufficien tiã ſupimplẽdo, ſed commeritas poſt recidiuã pænas, diuina iu ſticia exactas explẽdo. Aeterna qdẽ lege decretũ ẽ, poſt pecca

1.Cor.11. ta, baptiſmũ ſequẽtia, ſi dei æquiſſimi, q tñ ingratitudinis ma lum, ne qua-

nequaquã relinquet inultum, euadere iudiciũ velim⁹, noſmet-
ipſos, pœnas ſoluẽdo debitas, iudicem⁹. Quas qui hic exoluere Math. 5.
contẽnit, poſt hac vel ĩ purgatorio explebit, vel ĩ iferno, nũquã
exoluturus reddet. Iam de operꝝ iuſtificatione pauca doceam⁹

¶DE OPERVM IVSTIFICATIONE.

OPeribus noſtris nos iuſtificari tam a ſchiſmaticis, quam a nonnullis pro catholicorum parte ſtantibus, male, audiebatur, illis aſſerentibus, blaſphemum et a ſcripturis alienum. Iſtis autem ſermonis improprietatem cauſantibus ac dicentibus. Eatenus opera iuſtificare, quatenus beatificant Improprie iuſtificare, proprie beatificare. At q̃a noſtꝝ non ẽ in hac lucubratiuncula ſingulorꝝ opiniones vel referre, vel refellere. Sed ſimpliciter ac ſyncere, noſtræ fidæi veritatẽ oſtendere pariter & firmare, hoc eñ & T, G, R, D, P, expoſtolare viſa eſt, veram ac puram noſtræ religionis eccleſiæq́ catholicę ſententiam, ſúbſcripto accipito, paradoxo.

¶CATHOLICAE FIDAEI PARADOXVM.

OPeribus ex charitate factis, non ſolum beatificamur, ſed vere quoque iuſtificamur. ¶Paradoxi declaratio.

QVia nob̃ vndiq́ inſidiãtur ſcripturarij, ſcripturis contra
ſcripturarꝝ veritatẽ abutẽtes, p̃mittẽdũ duxim⁹, quã va
rie ſcriptura diuerſis tribuat beatificare, nec non iuſtificare.
Beatificare cũ primis deo optio tribuitur, q ſol⁹ potẽs ẽ ſua au
toritate, verã (cũ om̃ib. ad illã conducẽtib⁹) p̃ſtare btĩtudinem Eccle.45. Pſal.83.
ſcd̃m illud: Domin⁹ ſalutẽ tribuit, ſperauim⁹ ĩ dom. &c Non ẽ Prou.21.
, inquit, abſq́ me ſaluator. Dein btĩficare his tribuitur, q alios .i.Tim4. Eſa.43.
ſiue vere, ſiue falſe beatos proclamãt. Btĩficam⁹, inq̃t, Iacobus Oſeæ13.
eos q ſuſtinuerũt. Eſai: popule me⁹ q te btm̃ dicũt, ip̃i te deci- Iaco.5. Eſaiæ.2.
piũt, & viã greſſuũ tuorꝝ diſſipant. Et rurſum: Erunt q beatifi Eſaiæ.9.
cant populũ iſtũ ſeducẽtes, & q btĩficãtur p̃cipitari. Tãdẽ btĩfi
care q̊q́ dicũtur, q̃ habita, ſuos poſſeſſores cęleſti btĩtudĩe dig- Iona.20.
nos efficiũt. Hoc modo, dei dona, qb⁹ fideles ad ſupnã btĩtudi Roma.8.
nẽ ordinãtur, btĩficare dicũtur, ſiue habit⁹, ſiue act⁹, ſiue aliud Tobiæ.13.
qd ſint. Sic beatificamur fide ſcd̃m illud. Btĩ q non viderũt &
crediderũt, Spe q̊q́ .d. Paul. Spe ſalui facti ſumus. Charitate,
referẽte Tho. btĩ oẽs q diligũt te, Gr̃a & remiſſione peccatorꝝ

Mat.11 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Paupertate ſpiritus,
Mat.5. mititate, luctu, patientia. Cordis munditia, pace, Similibusq́
Luc.6. ſecundum illud. Beati pauperes ſpiritu, Beati mites, Beati qui
lugent, Beati mundi corde, Beati pacifici, Beati qui patiũtur
propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorũ. Hoc
modo certum eſt, & opera bona beatificare, teſtante ſaluato-
Mat.25 re, Beati (inquit) miſericordes. Venite benedicti patris mei, p
Iohan.13 cipite regnum, &c. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, & re
Iohan.5 liqua ſimilia. Quamdiu enim vni ex minimis meis feciſtis, mi-
hi feciſtis. Si hęc ſcitis, beati eſtis ſi feceritis ea: Venit enim ho
ra in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij
dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ.
Rom.2. Hinc Paulus ait: Reddet deus vnicuiq́ ſecundum opera eius,
Mat.16 his quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam &
Iaco.5. honorem & incorruptionem quærentibus vitam æternam.
Et Iacobus: Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fal
lentes voſmetipſos, quia ſi quis auditor eſt verbi, & non fa-
ctor, hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis
ſuæ in ſpeculo, conſiderauit enim ſe & abijt, & ſtatim oblitus
Mat.5. eſt qualis fuerit. Qui autem proſpexerit in lege libertatis, &
permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor o-
peris, hic beatus in facto ſuo erit. Dicente domino: Qui fecerit
& docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum, beatifi
cant itaque ſuos actores, opera bona, hoc eſt, ad beatitudinem
promouent, & meritorie perducunt, de quibus ſupra ſatis di-
ximus, cum illa tam meritoria quam ſatisfactoria oſtendimus:
Quod autem a pleriſq́ opera, proprie beatificare, non iuſtifi
care aſſeruntur, meo iudicio minus caute, minuſque vere dici
tur, eo quod operibus ſcriptura, iuſtificationem æque manife
ſte tribuit, id quod mox palam faciemus. Itaque ne propter in
cautam quorundam aſſertionem, diuinarum ſcripturarum, aut
negare. aut non ſynceram confiteri veritatem cogamur, totã-
que ſcripturam noſtra leuitate dubiam, nutantem, ac fluctuan
te faciamus: op a noſtra, nos vere iuſtificare iã docebimꝰ, p̃miſ-
ſa tamẽ primũ eius vocula, nimirũ iuſtificationis declaratione.

¶Cũ

¶Cum in ſcriptura iuſtificari, pro iuſtũ fieri interdũ vſurpetur, ſitq; vulgaris hæc eius vocis ſignificatio, nemo aũt ſuis opibus apud deum iuſtus fiat, imo iuſta opa iuſtum, tamquam fructus arborẽ, ſequantur. Scripturarij iuſtificationẽ opibus, nequaquã conuenire opinantur, ipſius vocis appellatione, eiuſq; ſignificationis ignoratione, manifeſte decepti, credentes iuſtificationem haud in alia aliqua ſignificatione vſurpari, id quod apte erroneũ eſt. Nam apud Ezechielẽ de Hieruſalem legimus. Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abhominationibus tuis, quas opata es. Iuſtificatæ enim ſunt a te. At peccatis & abhominationibus nemo iuſtificari, hoc eſt, iuſtus fieri creditur, & nihilominus pc̃tis iuſtificatæ ſorores dicũtur. Oportet ergo iuſtificationis nomẽ aliã aliquam habere ſignificationẽ. Et in Apoccalypſi ſcriptũ eſt: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. At qui iam iuſtus eſt, quomodo adhuc iuſtificari, hoc eſt, ex iniuſto iuſtus fieri præcipitur? Si iniuſtus ẽ, non recte dicitur: Qui iuſtus eſt, iuſtificetur. Si vero iuſtus, non poteſt adhuc iuſtificari, hoc eſt, ex iniuſto iuſtus fieri. Cum autem ſcriptura ſolui nequaquam poſſit, Iuſtificationis nomen neceſſe eſt confiteamur haud vno modo in ſcripturis vſurpari.

¶Scito itaq; diuinas ſcripturas iuſtificationem accipere, ne dũ pro ſtatus iuſtitiæ immutatione quo de iniuſtitia ad iuſtitiã tranſitur, & iuſtitia de nouo adipiſcitur, ſed & pro adeptæ iuſtitiæ perfectione, augmẽtatione, conſummatione, ac tãdem p̄miatione, ſic vt iuſtificari dicatur, non tm̃ q ex iniuſto iuſtus efficitur, id quod abſq; omni dubio deus p fidẽ ac gratiam facit: dicente Paulo. Deus eſt q iuſtificat, cuius gratia iuſtificati ſumus, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionẽ præcedẽtium delictorum, in ſuſtentatione dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtifificans eũ qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Sed etiamnum q iuſtus reputatur, & qui in iuſtitia creſcendo, ac proficiẽdo conſum

maior efficitur. Sic enim legimus. Qui iuſtus eſt (gratia videlicet per fidē a peccatis purgatus) iuſtificetur adhuc, bonis nimirū, operibus in iuſtitia creſcendo, atq; iuſtitiā adimplēdo, ſecundum illud. Sic decet nos omnem iuſtitiam adimplere. Niſi em̄ abūdauerit iuſtitia veſtra plusquā, Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Hinc iuſto cuiquam præcipitur. Non verearis vſque ad mortem iuſtificari, & ſubditur cauſa. Quoniam merces dei, id eſt, æterna vita, manet in æternum, iuſtificatis videlicet parata. Illic etenim iuſtitia finaliter conſummabitur, dicēte ſcriptura. Noſſe te, conſummata eſt iuſtitia.

¶His ita. q; modis, iuſtitiæ videlicet pfectione, adimpletione necnon conſummatione, ſcriptura iuſtificationē, operib⁹ bonis tribuit. Iuſtitia etenim quæ lege præcipitur, legis obeditione, ſeu bonis operibus adimpletur, per adimpletionem autem & obedientiam legis quiſquis iuſtificatur, hoc eſt, iuſtior, id eſt, in iuſtitia perfectior, & apud deū ac homines iuſtus reputatur, iuſtorumque albo adiudicatur. Non enim auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Propter quod dictus Iohannes ait. Nemo vos ſeducat filioli. Qui iuſtitiam facit iuſtus eſt. Quod ſi iuſtitiæ factores iuſtificabuntur, & qui iuſtitiam facit iuſtus eſt, quis iam addubitabit iuſtum operibus quoque adhuc iuſtificari, hoc eſt, in iuſtitia perfectiorem ac conſummatiorem, iuſtitiæq; præmio digniorem fieri? Hinc veritas ait, Si hæc ſcitis, beati eſtis, ſi feceritis ea. Et beatus Iacobus. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum fallentes voſmetipſos, quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultū natiuitatis ſuæ in ſpeculo, conſiderauit em̄ ſe & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & pmanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. Simile eſt huic quod dominus ait. Quid vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico. Omnis qui venit ad me, &

& audit

& audit ſermones meos & facit eos, ſimilis eſt homini ædificanti domum qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petram, inundatione autem facta illiſum eſt flumē domui illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat ſupra petram. Qui autem audit & non facit, ſimilis eſt homini ædificanti domum ſuam ſupra terram ſine fundamento, in quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt ruina illius domus magna. Et alibi, cuidam interroganti, quid faceret vt vitam æternam haberet. Reſpondit. Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata dei. His & ſimilibus aptiſſimis ſcripturarum teſtimonijs iuſtitiam bonis operibus conſummari, & conſummatione beatitudinem mereri comprobatur, quamobrē opera iuſtificare haud inepte dicitur, non quidem ſtatus immutatione, faciendo de impio pium, de prophano ſanctum, de iniuſto iuſtum, de peſſimo optimum, nec iuſtitiam non habitam cauſando (niſi forſan diſpoſitiue.) Hoc enim dei gratia in nobis efficit: Sed aſſecutum iuſticiæ ſtatum perficiendo & conſummando ac etiam conteſtando, atq; tandem ad conſummatam iuſtitiam perducendo, quod & Paulus plane docuit vbi ait: Filius dei factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Nemo igitur ſibi de qualicunque ſolius fidei iuſtitia blandiatur, niſi enim & dei filio obedientiam, quæ fit operis exhibitione, præſtiterit, ſola fide non ſolum non iuſtificabitur, imo etiam fides illi pœnas aliquando daturo commeritas, in peccatum reputabitur. Nec apoſtolus ait: Factus eſt omnibus ſolam fidem habentibus, ſed omnibus obedientibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Clarum eſt itaque nos obedientia & operibus bonis iuſtificari & ad iuſtitiæ conſummationem, hoc eſt, beatitudinis aſſecutionem perduci. Hinc bona ipſa opera, diuinæ videlicet legis obedientias ac obſeruantias, D A V I D toties appellat iuſtificationes, nimirum, quod ſuos iuſtificant actores ipſa, eodem P S A L M I S T A dicente.

In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me. At ſine iuſtificatione, neminem viuificare poſſunt. Iuſtificāt igitur opera bona, quātūuis iuſtificatum ſequātur. Hæc, ſi iuſtificationem opeꝶ negantes rite pēſitauerit, nec ipſos poſthac nobis aduerſarios credimus futuros.

M.D.XXX. Auguſtę Octob. vltima.

DE SACRAMENTALI CONFESSIONE. CAP. VIII.

IN harenam quoq; ſacramentalis illa; iam in eccleſia conſueta confeſſio, per ſcripturarios (Rotherodamicis forſan argumētis motos quaſi dubia) in his comitijs vocatur, quā tamē ab eccleſiaſtico ſenatu; imo ab ipō dei verbo, deciſam, ꝑ multos ānos feliciter complexi ſum⁹. Hanc etſi ab hoīm nemine primū inſtitutā oſtendere poſſint, nouitium tamē hoīs licet neſciant cuius, figmentū mentiri haud verētur, qbusq; poſſunt viribus ab eccleſiā moliūtur exturbare. At catholici murum ſeſe pro illa obijciētes, & gladio dei verbi defendūt & haſta, de theſauris ſuis tā noua quam vetera proferentes, qbus confeſſionē ſacramentalem, quam & euangelicā eccleſia agnoſcit, ſcripturis fundatā commonſtrēt. Paucis hęc ſub indicabimus ſcripturarum authoritates quibus ad hoc orthodoxi patres vſi ſunt breuiter addūcturi. Beatus Clemens Sancti Petri ſucceſſor & diſcipulus, martyr venerandus, eā confeſſionem ſcribit fundatam atq; diuinitus exactam, in verbo beati apoſtoli Iacobi. vbi ait. Confitemini alterutrum peccata veſtra vt ſaluemini. Hæc authoritas, etſi a modernis hæreticis rideatur, nob tamē haud āliter quā diuinū qddā oraculū ē ſuſcipiēdū, eo quod ab apoſt. Chriſti, ab vni⁹ illorum ore profectam agnoſcimus, de quibus dominus ait. Qui vos audit, me audit, Vos non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Itaque quod Chriſti apoſt. ex Chriſti commiſſione, ex ſancti ſpiritus ſuggeſtione, ex cęleſtis patris inſpiratione loqtur, ali⁹ nemo loqui credendus

dendus eſt, quam ipſe Chriſtus, imo ipſa ſanctiſſima trinitas. Non ergo tanquam te runciumſpernendum, ſed quaſi dei, cu ius vere verbum eſt, reuerenter acceptandum & amplexandum. Proin, quid nobis de peccatorum confeſſione per apoſtolum dominus Chriſtus loquatur, deuote auſcultem⁹. Con fitemini (inquit) peccata veſtra, vt ſaluemini. O verbum gratioſum, Omni pietate plenum, O magnam circa nos diuinæ miſericordiæ benignitatem, peccamus, & a peccatis vnigeni ti ſui pretio liberat. Ingrati recidiuamus, & adhuc remediũ non negat. Sed antidotum, omnibus præſentiſſimam, nemini ſalutem amanti, difficilem præſtat, Confitemini, inquit, peccata veſtra, &c. Expendamus aliquantulum planius hoc apoſtolicum verbum, & quanta ſub hac breuiſſima autoritate fidelium myſteria lateant aperiamus. Apoſtolus Chriſti diuerſas circa peccatorum confeſſionem hæreſes, diuino ſpiritu, futuras præuidens, tot vere percutit ac expungit errores, quot de confeſſione verba ſcribit. Primo namq; ſacramentalis confeſſionis præceptum, haud dubium Chriſti cuius erat apoſtolus commiſſione, promulgans dicensq; Confitemini peccata veſtra; illos cum primis exibilat hæreticos, qui contempta delictorum confeſſione, peccatoribus, ſola fide, ſalutem promittebant, aduerſum iſtos pernicioſiſſimos ſeductores, fidelibus iam fidem habentibus, ſed poſt baptiſmum recidiuantibus, ſcribit. Confitemini peccata veſtra vt ſaluemini, Chriſti verbo prorſus conformiter vbi ait: Pœnitemini & credite euangelio, appropinquabit enim regnum cælorum. Credere enim omnibus neceſſarium fatemur, at hoc ſatis non eſt peccantibus, imo oportet etiam pœnitentiam ſuper admiſſis agant, alioqui regnum dei nunquam viſuri. Etenim ſicut pœnitentia vana eſt abſq; fide, ita fides absq; pœnitentia mortua eſt. Quamobrem quemadmodum Chriſtus pœnitentiam fidei fidemq; pœnitentiæ: ſic eius apoſtolus confeſſionem fidei, fidemq; confeſſioni coniunxit, vt ſicut confeſſio nemini abſq; fide, ita nec fides vlli peccatori, quantumnis fideli, ſalutem mereatur abſq; peccatorum legitima confeſſione, hæc eſt

Chriſti ſaluatoris nři dei, hæc eius apoſtoli, ab illo nec vnguē latum diuertentis, ſententia. Dein, huius confeſſionis materiam inſinuat dicens, peccata. Hæc enim ſunt quæ confeſſio exigit: Peccatorum confeſſio, pronūciatio, denudatio, Peccata (inquit) confitemini. Contra hæreticos, peccatorum enarrationem in confeſſione neceſſariam negantes, ac confeſſionē non ob delictorum enunciationem, ſed ob verbi (quam neſcio) conſolationem fieri debere impie dicentes. At aliter nos Chriſti apoſtolus edoceat. Peccata (inquit) confitemini. Itaq; non ſola verbi conſolatio, non aliud quoduis ſubſtituatur, ſed ſimplex peccatorum pronunciatio, hic quæratur & ſeruetur, hoc ſi quis ſpreuerit, præcepti haud dubium) reus habebitur

¶ Addit apoſtolus veſtra: Contra hæreticos, qui non omnia peccata, neceſſario confitēda dogmatizant, aduerſum quos apoſtolus veſtra, inquit, confitemini peccata. Noſtra quippe ſunt, quæcunq; ſponte, noſtraq; volūtate admiſimus. Omniū itaq; memoria habitorum peccatorum enunciationem exigit confeſſio, nullum cælari vult peccatum, nullum tegi, nullum tergiuerſari, nullum obticeri, imo cuncta, ſi qua fides Chriſti apoſtolo, de quibus nos conſcientia repræhendit pronunciari Quod ſi peccator vel minimum ſcienter contra conſcientiā obticuerit, iam non deo ſua confitetur, imo ſibiipſi ſua reſeruat peccata, & offendens in vno, fit omnium reus.

¶ Confeſſorem quoque legitimum apoſtolus exprimere haud neglexit, dum ante verbum quod tractamus, de corpore male affectis immediate præmitteret dicens. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſup eum &c. ſequitur. Et ſi in peccatis ſit remittētur ei. Inducat, inqt, non quoſcumq;, ſed presbyteros, nec quoſuis, ſed eccleſię, neque quoſlibet, ſed quorum ſolutione peccatorum aſſequatur remiſſionem. Ad hoc namq; tales induci vult, vt infirmus ſi in peccatis ſit, ei remittantur. At per quos alios niſi quibus ſolis dominus Chriſtus poteſtatem dedit peccata remittendi? Hos autem eccleſiæ presbyteros, hoc eſt ſacerdotes, ſacramētorum dei diſpenſatores, in quibus dominus reconciliationis

verba,

verbum (ſi Paulo credimus) poſuit. Solis ergo talibus, peccatorum confeſſionem fieri præcipit apoſtolus cum ait. Inducat eccleſiæ presbyteros, quo verbo, plures ſimul percutit & damnat hæreſes. Prima, docens ſolo corde deo duntaxat confitendum. At contra iſtos: Eccleſiæ quoque presbyteris oportere confeſſionē fieri declarat, quibus nemo ſolo corde confiteri poteſt. Secunda, aſſerens, quemlibet, cuiuſuis aut ſexus aut ſtatus ſit, chriſtianum, peccatorum legitimum confeſſorē, ſed & hos apoſtolus confutat, dum eccleſiæ presbyteros, tanquam ſolos huic negotio idoneos nominat. Tertia: Affirmās, eccleſiæ presbyteros non eſſe quos hodie Eccleſiaſticos appellamus, ſacerdotes, ſed viros quoſlibet chriſtianos fide plenos & ſpiritu, quorum errorem damnat, dum non pro quauis cauſa, ſed pro peccatorum remiſſione conſequenda inducendos ſpecificat. At præter Eccleſiaſticos ſacerdotes, nemo poteſtatem accepit peccata remittendi. Talibus enim, non alijs, dominus dicit: Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Quæcunq; ligaueritis ſup terram, erunt ligata & in cælo. Quorum remiſeritis peccata remittentur eis, quorum retinueritis, retenta erunt. Præcedit igitur ſententia eccleſiaſtici ſacerdotis, ſententiam dei in cælis, vt qui ab eccleſiæ ſacerdote ſolui contemnit in terris, nec a deo ſolutus a peccatis agnoſcatur in cælis. Stat enim firma ſententia, quorum retinueritis peccata, retenta erūt. Cælum & terra tranſibūt, verbum autem iſtud non tranſibit.

¶Tandem & neceſſarium confeſſionis modum exprimit addens. Alterutrum: Hac enim vocula, non confeſſorem, ſicut ſchiſmaticis placet, quem iam antea demonſtrauerat, ſed confeſſionis modum aperit, qui eſt, vt iam non ſolo corde ſicut olim, non ſoli deo, ſicut ab antiquo, ſed homo etiam homini peccata ſua detegat, hoc ſubinducat, alterutrum, ideſt, alter alteri, ſeu vnus alteri. Nec tamen quiuis cuilibet, ſed peccator eccleſiaſtico (ſicut prædocuerat) ſacerdoti, non qualitercunque conſtituto, ſed clanculum. Nam iſtud, per alterutrum ſignificatur

ficatur, vnus alteri, ſolus ſoli. Noſtræ ſiquidem fragilitati clementiſſimus pater condeſcendens, vt ad confeſſionis inſtitutum, ſine quo peccatores, propter quorum ſalutem venerat, regulariter ſaluari haud contingeret, magis prouocaret quã auocaret, admiſſorum occultorum expiationẽ, publica famæ noſtræ iactura fieri noluit, ſed ſecreta pœnitentia, præcepti ſui obſeruatione delere, taliter præceptum ſuum temperans, vt & pœnale eſſet, peccatorum detectionem, etiam homini fiendam mandans, & blandũ, clancularíam reuelationem ſuffícere commonſtrans. Inde haud dixit: Confitemini eccleſiæ, ſeu coram omni multitudine, ſiue toti cœtui, id quod ſi feciſſet, quis ex aduerſo ſtetiſſet? Quis illum accuſaſſet? At noſtræ miſertus infirmitatis, pater miſericordiarum & deus totius conſolationis, occulta peccatorum confeſſione, prorſus voluit eſſe contentus, id quod per apoſtolum ſuum hic nos edocuit, vbi dicitur. Alterutrũ, quo verbo pariter & illos confutat hæreticos, qui oris confeſſionem negant eſſe ad ſalutẽ neceſſariam, & illos, qui peccatorum confeſſionem occultam, nequaquam ſufficere, ſed publicam coram omni eccleſia exigendam docebant.

¶ Et ne peſtilentiſſimam Nouatianorum hæreſim futuram, peccatorum remiſſionem poſt baptiſmum negantẽ, non exibilaret, omnium nouiſſimo adiecit, vt ſaluemini. Declarans confeſſione peccatorum, certiſſimam peccatoribus contingere ſalutem, modo ſecundum quod eſt ab apoſtolo præſcripta, ſeruetur, quam qui contemptim præterierit, ſaluus eſſe non potuerit. Etenim iam excuſari non poterit peccator (inquit Chryſoſtomus) qui legem contempſit vt delinqueret, & confeſſionis remedia amplecti noluit vt periret. Cape tu quiſquis es o peccator remedia. Confeſſio afferat ſalutẽ, cui contemptus attulerat mortem. Conſilia ad ſalutem data peccator amplectere, peccatorum indulgentiam, confeſſione inſtanti mercare. Quid horres fateri, quod libenter ac proprie commiſiſti? Cur confunderis dicere, quod non confuſus es pꝑetrare? Cur vereris domino indicare, quod ipſo præſente

non

non veritus es committere? Aut nunquid eum ignorare quę fecimus putas, niſi nobis confitentibus diſcat? Peius eſt confiteri nolle, quam legem contemnere, peius eſt admiſſi pœnitētiam ſpernere, quam monita diuina deſpicere, peius eſt dei offenſam ſatisfactione nolle placare, quam peccādo dei bonitatem offendere. Deniq; Niniuitę confitentur & viuunt. Sodomitę obdurantur & pereunt.. Filij Iſrael quotiēs peccant hoſtibus traduntur, quotiens ſe peccaſſe fatentur, de eorū manibus liberantur. Confitemini (inquit) domino quoniam bonus. Qui bonum oſtendit confiteri perſuadet, peccatorē enī bonus abſoluit, iuſtus condemnat, bonus indulgentiam tribuit, iuſtus peccatorum merita expungit. Apud iudicē bonum confeſſio mater eſt indulgentiæ, apud iuſtum debitum pœnæ. Vnde fit, vt qui bonum ſentire confitendo noluerit, iuſtum ſentiat reticendo.

¶ Quare conſule tibi peccator dum licet, dum qui offenſus eſt ſuadet, cum ipſe miſereri deſiderat ſi qui offendit rogādo non deſinat, licet confiteri, cui peccare non licuit. Confeſſio reddat, quod peccatū detraxit. Curet pœnitentia, q̄d delictorum macula ſordiderat. Serpentinum virus, ſatisfactionis antidoto recuretur. Peccatorum venena, precum inſtantia depellantur, vt qui nobis peccātibus fuerat offenſus, confeſſione nobis miſericors reddatur & pius. Hæc ille.

¶ En quam aperte, quam lucide peccatorum confeſſionem in eccleſia quotannis fieri conſuetam, nobis Apoſtolus Chriſti prodidit, vt etiam ſi nulla alia ſuppeteret ſcriptura, cunctis ſynceris fidelibus, vnica iſta apoſtolica autoritate, ſufficienter teſtata eſſet, nec tamen aliarum deſunt ſcripturarum teſtimonia, a pātribus catholice vindicata, quæ obiter videre libeat.

¶ Sāctus Dionyſius beati Pauli diſcipulus in Chriſti verbo, Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, illam ſolidiſſimo fundat.

¶ Iohannes Chryſoſtomus in p̄cepto diuinitus dato Leuitici. v. Aīa quę iurauerit, vel aliquid mali fecerit, obliuaq;

poſtea cognouerit delictum ſuum, agat pœnitētiam pro peccato ſuo, Hic vbi nos habem⁹ agat pœnitentiā, litera Cyrilli ſic habet. Et pronunciet peccatum quod peccauit. Cui hebraica veritas ſic reſpondet, vbi ſic habetur. Et confitebitur peccatum quod paccauit. Hinc Leuitici .xxvi. comminatur dominus, quod tabeſcent in iniquitatibus ſuis, donec illa confiteantur. Rurſus Leuitici. xiiij. præcipitur de leproſo mundando, quod ad ſacerdotem adducetur, vt is de lepra diiudicare poſſet, & ſententiam ferre, quæ res, ſi Beato Hieronymo & Cyrillo credim⁹, confeſſionē ſacerdoti faciēdā eſſe figiat, dicēte ſcriptura, Presbytero humilia aīam tuam, &c.

¶ Item Baſilius, in facto, quod Actuum xix. legitur, vbi cum ſpiritus nequam inſiliiſſet in ſeptem filios Scœuæ principis ſacerdotum ob peccata ſua, multi leguntur ad Paulum veniſſe confitentes peccata quæ fecerant, tantus timor inuaſerat omnes.

¶ Beatiſſimus martyr Cyprianus in confeſſione Danielis & Azariæ, Danielis. iij. & ix.

Beatus Hieronymus. In dicto Eſaiæ, capite. xliij. Dic tu primus iniquitates tuas vt iuſtificeris.

Sanctus Ambroſius in verbo Salomonis. Iuſtus prior ē accuſator ſui, Prou. xviij. & Iohan. xx. Quorꝫ remiſeritis.

Diuus Auguſtinus in verbo Chriſti Luc. xvij. vade oſtē de te ſacerdotibus.

Sanctus Gregorius in verbo Beati Iacobi, cap. vij. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ.

Origenes in verbo Dauidis Pſalm. xxxi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam dn̄o, & Pſalm. xxxvij. Iniqtatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.

Tertulianus, in confeſſione prodigi, de qua Lucæ. xv.

Sanctus Hilarius in verbo Pſalmiſtæ, Vias meas enunciaui & exaudiſti me.

Hæc vt interim alia plura ſimilia tranſeam, pro nunc adducere libuit, ſanctorꝫ patrū teſtimonia, vel poti⁹ iudicia, ab

vniuerſa

li Chriſti eccleſia probata, q̄bus peccatorum confeſſionem, in eccleſia conſuetam, diuinitus inſtitutam, omnibus poſt baptiſmum mortaliter peccantibus, regulariter p̄ceptam, & ab eccleſiæ exordio ſeruatā aſſeuerant, quæ ſi cuiquā proteruo non ſufficiant, nec ſi noſtra ſuperaddidiſſemus profeciſſent quamobrem his quippiam ſuperaddere, & in ſyluam, vt aiūt ligna ferre, ſuperfluū iudicauimus. Porro, rationes ab Eraſmo Rotherodamo alijsq́, contra eccleſiæ inſtitutū obiectas, quicunq́ volet, in noſtro ſecūdo quem iam dudum edidim⁹ de confeſſione, libro expunctas videbit.

¶ Anno quo ſupra prima Nouembris, Auguſtæ.

DE EVCHARISTIAE SACRIFICIO. CAPVT IX.

QVam cruentum, de euchariſtiæ ſacrificio bellum moderni hæretici Scripturarij mouerint, quot machinis imo technis, mira arte compoſitis, ipſum ab eccleſia deturbare contenderint, omnemq́ ad hoc mouere lapidem, nec vſq́ modo deſiſtāt, perfida illorum ſcripta, toti inuulgata orbi teſtantur, quorum tamē pſeudoapoſtolorum vafricies, neminē Euāgelicæ philoſophiæ candidatum eo permouere debet, quo vel ab apoſtolorum præſcripto, vel prophetarum ſanctorum vaticinio, aut ab ipſo eccleſiæ catholicæ inſtituto, vel crinem quod aiunt, latum deſciſcat: imo quod illa veritatis columna ab ipſis ſuis incunabulis, ſemper credidit, tradidit, docuit, ſeruauit, fideliter ac reuerenter acceptare, credere, ſeruare, ſi non magis ethnicus, quam chriſtianus cenſeri velit, cuius q̄ ſit inexcuſſa fides, ſubſcripta veritas manifeſtat.

VERITAS CATHOLICA.

SAncta euchariſtia, quam altaris nuncupamus ſacramentum, eſt verum ac præcipuum Chriſtianorum ſacrificiū.

PROBATIO.

HAnc veritatē, & ſi vniuerſa Chriſti eccleſia toto orbe diffuſa, nunquā habuerit dubiā, imo ſemper conſtanti

fide ſeruauerit, nihilo ſecius, ne tantæ rei (quam ſcripturarij magis papiſticam quam catholicam proclamant) diuinarum ſcripturarum deeſſe videatur teſtimoniũ, ex nouo (cuius eucharistiam eſſe ſacrificiũ fatemur) teſtamento, pcipue ſtatuere decreuimus, ab ipſo diuo Paulo cæleſtium ſecretorum cognitore, diuinæ ſapientiæ organo, facientes exordium. Apoſtolus Chriſti Hebræis ſcribẽs, poſteaquã docuerat cor, non eſcis carnalibus ſeu legalibus, imo gratia ſtabiliẽdum, ne gratiæ ſcaturiginem ignorare contingeret, mox ipſum fontem gratiæ ſubindicauit dicens. Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorũ enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra, propter quod & Ieſus vt ſanctificaret p ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt, vbi nos legimus, altare, Gręcus legit, Thyſiaſtirion, quod latine ſacrificatorium dicitur.

¶ En duo quædam apud fideles eſſe fatetur Apoſtolus Primum, altare ſacrificatorium dicens, habemus altare, ſeu ſacrificatorium. Dein, quod in altari offertur ſacrificium. nec qualecunq;, ſed quod ad manducandum ſolis fidelibus conceſſum eſt, de quo, inqt, id eſt, de cuius immolato ſeu oblato in ſe ſacrificio, q tabernaculo deſeruiũt, edere poteſtatẽ non habent. Hæc duo apoſtolus adeo intrepide affirmat, vt nulli fidelium de his vnquam poſſe dubium eſſe putarit. Sacrificium igitur a fidelib᷒, ex altari ſacrificatorio, manducandum, apoſtolica autoritate, cui nemo vere chriſtianus contradicet, firmatum tenemus. Nam qui fiet, vt altare dicatur ſacrificatoriũ, ſi non habeat quod in eo offeratur ſacrificium? Quomodo de altaris ſacrificio fideles edent, ſi nullum in altari inueniant ſacrificium? Stat ergo fixum, hoc eſſe verum in eccleſia ſacrificium, de quo fideles ex altario reficiẽdi, edere poteſtatem habent. At Chriſtifideles, quo alio reficiuntur ex altari, quã aliud ex menſa domini, ex Chriſti altario ſacrificatorio manducant & ſumunt, quam corpus & ſanguinem Chriſti ſub ſpecieb᷒ panis & calicis benedicta? Sic

enim

enim idem habet Apoſtolus. Calix benedictionis, cui bene dicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? Id quod iam olim Chriſtus dominus fidelibus promiſerat vbi ait. Panis quem ego dabo caro mea eſt, quem ego dabo pro mundi vita. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Caro mea vere eſt cibus, & reliqua ſimilia. Itaque quod fideles ex altari ſacrificium ſumunt edentes, indubie corpus eſt & ſanguis Chriſti. At ſanctam Euchariſtiam aliud nihil dicimus, quam corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, pro fidelium communicatione ſub ſpeciebus panis & calicis conſecrata. Conſequitur ergo apertiſſime ex apoſtolicis verbis, ſanctam euchariſtiam eſſe verum in altari ſacrificium. Sic nanque philoſophatur, Quod altari ſacrificatorio immolatum deo, ſoli fideles, non qui tabernaculo deſeruiunt, edere poteſtatem habent, verum eſt ſacrificium. Euchariſtiam ſanctam, ſoli fideles, non qui tabernaculo deſeruiunt, ex altari ſacrificatorio deo immolatam, edere poteſtatem habent. Eſt itaq; euchariſtia ſancta, verum ſacrificiū. Huic tam claro, tam euidenti apoſtolico teſtimonio, neminē niſi mere proteruientem atq; ſpirituiſancto reſiſtentem, contradicere poſſe arbitror. Non ſunt hæc nouitia, ſed eccleſiæ & ſanctiſpiritus antiqua tradimenta. Non figmenta papiſtica, ſed Apoſtolorum Chriſti vera ſynceraq; documenta, ſed ſanctorum qui a ſeculo ſunt Prophetarum, per quorum ora dominus locutus eſt vaticinia. Sic etenim de hoc altari ſacrificatorio, ſimul & ſacrificio Eſaias prophetauit. In die illa erit altare domini in medio terræ ægypti, & titulus domini iuxta terminum eius, & erit in ſignum & teſtimoniū domino exercituum in terra ægypti. Sequitur. Et cognoſcetur dominus ex ægypto, & cognoſcēt ægyptij dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs & in muneribus, & vota vouebunt domino & ſoluent. Hūc textum patres orthodoxi, de altari eccleſiæ, & euchariſtiæ ſacrificio concorditer interpretātur.

Prædixit & Daniel poſt Meſſiæ aduentum, eccleſiæ ſacrificium, circa nouiſſima tempora deſiturum. Quod apud Malachiam apertius legimus futurum. Sic enim habet. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra, ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnū eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, q̄a magnum eſt nomen meum in gētibus. De hac oblatione & hoc ſacrificio, Dauid ait; Erit firmamentum in terra in ſummis montiū, &c. vbi Hieronymus ſic legit. Erit memorabile triticum in terra, in capite montium &c. Targum rabi Jonathæ ſic ponit. Erit ſacrificiū panis in terra, in capite montiū &c.

Et in re clariſſima quid moror? An non apertiſſime Dauid prædixit Chriſtum dominum futurū ſecundū ordinem Melchiſedech, ſacerdotem in æternum? Num abſq; ſacrificio, quod ſecūdum ordinē eſſet Melchiſedech ſacerdos eē potuit ſecundum ordinem Melchiſedech? At vbi Melchiſedech ritum alias, niſi dum nouiſſimam cū diſcipulis ſuis ageret cœnā, euchariſtiam, hoc eſt, corporis & ſanguinis ſui ſacramentum, ſub ſpeciebus panis & vini tradens, ſeruauit? Non habet ergo Chriſtus, ſacerdos in æternum ſecūdū ordinem Melchiſedech, aliud ſecūdum ordinē Melchiſedech ſacrificiū niſi ſc̄tām euchariſtiā, quā ſi non ſacrificauit, ſi non habuit ſacrificium, mentitur ſcriptura, ſacerdotē ipſum aſſerens ſecundum ordinem Melchiſedech. Niſi ergo mendacem q̄s fecerit ſpiritū ſanctū, oportet ex hac ſcriptura Chriſtum fateatur, nedum ſacerdotem, ſed & ſacrificium egiſſe ſecundum ordinē Melchiſedech. At cū non aliud niſi euchariſtiam ſecundum hunc ordinē ſacrificaſſe deprǽhenditur, manifeſtiſſime conſequitur, euchariſtiam ideo verum eſſe ſacrificium, q̄a dominus Chriſtus vere ſacerdos eſt in æternū ſc̄dm ordinē Melchiſedech. Reſtat vt qui ſc̄tām euchariſtiā veꝝ negāt ſacrificiū, etiā dominū Chriſtū veꝝ diffiteantur, ſecundū ordinē Melchiſedech, ſacerdotē. Cū eīm euchariſtiā ſacrificare, non aliud ſit, quā panē & vinum, in altari, ad ritum

Chriſti, ſacerdotis ſecundum ordinem Melchiſedech, deō in memoriam Chriſti,benedicere & ſanctificare,negare eucharistiam eſſe ſacrificium,non poteſt aliud eſſe, quam negare Chriſtum, benedixiſſe & ſanctificaſſe panem & vinum, ſecundnm ritum ac ordinem Melchiſedech. Hoc autem qd aliud eſt,quā Chrm̄ negare ſacerdotem ſcd̄m ordinem Melchiſedech, & ſpiritum ſanctum arguere mendacij, manifeſtamq; in illū impijſſimam dicere blaſphemiam, nec hic nec in futuro remiſſibilem? Quiſquis ergo grandis blaſphemiæ reus eſſe nolit, plus horreat euchariſtiam cum hæreticis negare,quā cum apoſtolo,imo & ipo ſpiritu ſancto atq; catholicis,confiteri ſacrificiū, qm̄ iſtud ingens ē piaculum, hoc aūt oī caret periculo.Porro quia plures doctiſſimi plura de hoc eruditiſſime ſcripſerunt,nodoſos cauillos hæreticoꝝ doctiſſime diſſoluentes, iam noſtrum reſtringimus calamum, & ad finem properamus.

Auguſtæ Anno M.D.XXX.Nouembris II.

DE LIBERO ARBITRIO. CAP. X.

OMniū aūt pnicioſiſs.errāt Scripturarij liberꝫ hoīs arbitriū, pluſquā optet declināt es,& ex libero, poſt pc̄m̄ ſeruū faciētes,imo re ipa, arbitrij libertatē, quā tamē aſſerūt ſcripturę,comprobāt apoſtoli,ſacri confitētur interp̄tes,humanæ naturæ teſtatur conditio,ſed & toti⁹ eccleſiæ ꝑpetuus confirmat conſenſ⁹,prorſ⁹ negantes, Cū Manicheis,liberum arbitrium non poſſe non peccare aſſerentes, Cum Nouatianis pœnitentiā peccatoribus conducibilem negantes, Cum VuicKleffis,deum totius iniquitatis autorem faciētes,cuncta de neceſſitate abſoluta,ab illo fieri ac prouenire,confitētes.De quoꝝ ſingulis errorib⁹ diſſerere non eſt p̄ſentis inſtituti,ſat nob erit,oſtēdere ex diuinis ſcripturis,manere poſt pc̄m̄ in peccatoribus,liberum arbitrium quo ſe,non ſuis tamen meritis,ſed diuina miſeratione,poſſint;modo velint,ad gratiam, vt vocant, gratum facientem, quam nemini quod in ſe eſt facienti deus negat,præparare. ¶De ea vero libertate loqmur quæ naturæ libertas dr̄,nimirum,qua voluntas &ſi haud ſemper quod velit aſſequatur, velle tamen aut

nolle, acceptare ſeu repudiare, eligere vel reprobare poteſt quod proponitur & illi vel aſſentire vel ab eo diſſentire. Libertas enim illa, nequaqnam in opere complendo, quod multipliciter citra omnem arbitrij libertatem impediri poteſt, ſita eſt, ſed in aſſenſu vel diſſenſu, in acceptione vel repudio, in electione vel reprobatione voluntatis . Id quod ſi quis non attenderit, facile in hoc negotio hallucinabitur. At qui diligenter aduerterit , omnes hæreticorum cauillos facile tranſiliet, qui liberum ideo a peccatoribus negant arbitrium quod ſe, ſua virtute non poſſunt a peccato, diabolique poteſtate liberare. Sed toto, quod dicitur, cælo errant'. Non eſt hæc liberi noſtri arbitrij ratio, quod poſſit quæcũq; velit, aut mox, quod cupit aſſequatur. Solius hoc dei priuilegium eſt, omnia quæcunq; velit, efficere poſſe', de quo ſolo legimus. Omnia quæcunq; voluit fecit, in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis. Beatorum duntaxat eſt & erit, quãdo deus erit omnia in omnibus, quæ velint mox conſequi. Viatorum vero liberum arbitrium ad hæc ſe nullatenus extendit. Sed in hoc tantum conſiſtit, vt libere poſſit eligere, aut non eligere, acceptare vel repudiare, quod proponitur. Ideo nãque liberum manere dicimus, etiam poſt peccatum in peccatoribus arbitrium, quia libera manet in eis poteſtas ad acquieſcendum, aut non acquieſcẽdum, ad aſſentiendum aut non aſſentiendum , ſalutiferæ gratiæ & gratioſæ inſpirationi diuinitus illis immiſſæ, quam deus quantum in ſe eſt , paratus eſt omnibus dare, & per illam, omnes a ſe auerſos, reuocare, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Alioqui non dixiſſet Paulus . Ignoras quoniã pacientia dei, ad pœnitentiam te inuitat vel adducit? Certe ſi diuina pacientia peccatores ad pœnitentiam adducit & inuitat, non modo liberum eſt illis pœnitere, & a peccato redire, verumetiam, dei benignitas preſto illis adeſt, vt opitu-letur. Hinc de Ieſebele, ſeruorum dei ſeductrice, ſcriptum legimus, dedi illi tempus vt pœnitentiã ageret, & noluit pœnitere a fornicatione ſua. Certe ſi pœnitere noluit, liberum

illi fuerat pœnitere, ſi voluiſſet. Nec auxiliũ dei, quatenus id faceret illi defuit, cui deus pro pœnitendo tempus indulſit. Hæc ſi breuitati non ſtuderemus, plurimis diuinarũ ſcripturarum hiſtoriis probare poſſemus, vt de regib9 Nabuchodonoſor & Pharaone, de publicano & phariſæo, de Cornelio Centurione, de Petro negante & Iuda proditore. Sed interim Chriſtianiſſimũ doctorem Auguſtinum ſic de libero, poſt peccatum, arbitrio ſcribentem audiamus. Manet (inquit) ad quærendam ſalutem arbitrij libertas, id eſt, rationalis voluntas, ſed admonente prius eo, & inuitãte ad ſalutem. Id quod ſane per primam gratiã fit. Et ſubdit, Initium ergo ſalutis noſtræ, deo miſerante habemus. Vt autẽ acqeſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt. Vt adipiſcamur quod acquieſcendo admonitioni cupimus, diuini eſt muneris. Vt non labamur in adepto ſalutis munere, ſollicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adiutorij. Vt labamur poteſtatis noſtræ eſt, pariter & ignauiæ. Hæc ille. Ecce manifeſte dicit, in peccatoribus manere poteſtatem acquieſcendi ſalutiferæ inſpirationi, qua diuina miſeratione præuenti, ad bene agendum ſtimulãtur. Manet ergo in eis arbitrij libertas. Id quod manifeſtioribus verbis fatetur, vbi rurſus ſcribit. Vnde Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam? Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnũ, qd pdiderat, rurſus accepit? Pharao aũt ipis flagellis ẽ durior effectus, & periit. Hic mihi rationem reddat, qui diuinum auxilium, nimium alto ſapienti corde diiudicat. Cur medicamentum vnius medici confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad ſalutem? Niſi quia Chriſti bonus odor, aliis eſt odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantũ ad cauſam, ambo captiuũ populũ dei poſſidentes. Quãtũ ad pœnã, ambo flagellis clemẽter admoniti. Quid ergo fines eorũ facit diuerſos? Niſi quod vnus manũ dei ſentiẽs, in recordatione propriæ iniqtatis ingemuit. Alter libero, contra dei miſericordiſſimã veritatẽ, pugna

uit arbitrio. Hactenus Auguſtinus. En plane confitetur in Pharaone flagitioſiſſimo, liberum manſiſſe arbitrium, quo contra diuinam miſericordiam pugnauit. Quid dilucidius afferemus? Sed iam idem ſcripturis aſtruamus. In euangelio legimus: Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Quibus eis? An ſolis iuſtis? Nequaquam: Nam hi, ſi qui tales fuiſſent, haud dubium iam erant, per gratiam iuſtificati, filij dei. Peccatoribus itaque quantumuis ingentibus, hæc poteſtas allata eſt, vt ſi velint, & quantum in ſe fuerit faciant, filij dei fiant. Propter quod Sanctus Hilarius. i. de Trinitate filios dei fieri non neceſſitatis eſſe dicit, ſed voluntatis, quia propoſito vniuerſis dei munere, non per naturam gignentium adfertur filiatio, ſed voluntas præmium conſequitur. Cui Beatus Auguſtinus ſuper Iohannem, homilia xiii, ſubſcribit. Item & diuus Hieronymus ad Damaſum & ad Hedibiam. Ambroſius quoque libro primo de Iacobo & beata vita, capite. ij Tertullian⁹ aduerſus Martionem libro ſecundo. Chryſoſtomus homilia. lx. ſuper Matthæum. Damaſcenus libro ſecūdo capite. xxvi, &c.

¶ Porro quid aliud dominus ipſe ſubindicare voluit, vbi ad Hieruſalem ait. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Si noluit ad ſalutem congregari, extra ſalutē fuit. Si dominus eam congregare voluit, ipſa vero noluit, quomodo non liberum illi, præſentiſſimo dei auxilio, fuit congregari ſi voluiſſet? Ad idem pertinet, quod per euangelium, per Prophetas & Apoſtolos ad pœnitentiam peccatores tā crebro monentur, quod omnino fruſtra fieret, ſi peccatoribus liberum non ſit reſipiſcere, & a peccatis ad dominum reuerti. Clamant Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Oſee, Iohel & reliqui. Conuertimini & agite pœnitentiam. Idem & domin⁹ ipſe. Alioqui, inquit, peribitis. Pœnitentiam age, Beatus Petrus ad Symonem Magum inquit, ab hac nequitia tua. Et Paulus, eos qui veritati reſiſtunt, in manſuetudine corripiēdos docet, ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendum

cendum veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo capitiul tenentur. Non vult em̄ deus peccatores, ſi Petro credimus, perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Hinc p Zachariam inuitat dicens. Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Hæc omnia, nonne oſtendunt in peccatoribus liberam voluntatem, liberum reſipiſcēdi arbitrium? Vt quid enim deus vellet, moneret, præciperet peccatorum conuerſionem, ſi non ſit eis liberum conuerti? Proin, ne quis impoſſibilitatem cauſetur, Dixi, inquit dominus, Conuertere, & non eſt conuerſa. Quomodo dominus iuſte improperaret peccatori non conuerti, ſi nequaquam eſſet in poteſtate peccatoris conuerti? Mandatum hoc, ait ſcriptura, quod ego p̄cipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere. Quis noſtrum valet ad cælū aſcendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque opere impleam⁹? Neque trās mare poſitum, vt cauſeris & dicas. Quis nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vſq; deferre, vt poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illū. Si valde iuxta te eſt, nedū vt audiāt peccatores quatenus conuertātur, ſed etiam faciant, & opere reuertantur, quomodo citra ingentem blaſphemiam, volūtatis libertas in peccatorib⁹ non monere docebitur? Propter q̄d Beatus Auguſtinus ait. Eſt igitur liberum arbitrium, quod quiſqs eſſe negauerit, catholicus non eſt. Et rurſum. Si non voluntate male facimus, nemo obiurgandus ē omnino, aut monēdus. Quibus ſublatis, Chriſtiana lex, & diſciplina omnis religionis auferetur neceſſe eſt. Et rurſum. Nullo modo cogimur, aut retenta præſciētia dei tollere voluntatis arbitrium. Aut retento voluntatis arbitrio, deum, quod nephas eſt, negare præſciū futuroꝝ, ſed vtrunq; amplectimur, vtrunq; fideliter & veraciter confitemur. Hæc de libertate arbitrij ſufficere credimus ne dum ad aſtruendum liberum arbitrium. Imo etiam ad refellendas omnes ſtuppeas voluntatis libertatem negantium, circumuentiones.

DE COMMVNIONE VTRIVSQVE SPECIEI CAPVT XI.

DE Laica communione, grande catholicis bellum mouēt Scripturarij, hoc ē, Lutherani pariter & Zvuingliani, ſepultam olim terq; damnatam peſtilentiſſimam Huſſitarum hæreſim renouantes contra cathol. eccleſiæ ſanctionē, praxim & religioſiſs. conſuetudinē impie dogmatizātes laicam communionem, ſub vtraq; diuiniſs. Euchariſtiæ ſpecie, de pcepto ac ſalutis neceſſitate fieri debere. Qui error, cū manifeſte pugnet ſcripturæ, figuræ, naturæ, eccleſię, conſuetudini religioſe approbatæ, Sanctorū atteſtationi, Canonum ſanctioni, Chriſtianiſſimorū doctorū intentioni, Chriſti volūtati, & Chriſtianę vnitati, fraternęq; charitati, recte ab eccleſia catholica, tāquā damnata hęreſis eijcitur. Hæc enim in rebus quibus nihil certi diuina ſcriptura ſtatuit, mores populi dei, maiorumq; inſtituta pro lege ſeruari cenſuit, & ſicut diuinarū præuaricatores legum, ita conſuetudinum eccleſiaſticarum contemptores coerceri præcepit. Eam ob rē quia diuina ſcriptura de modo, laicos, vel ſub vna, vel ſub duplici ſpecie communicādos nihil expreſſe ſtatuit, mos populi dei, maiorū ſuper eiuſmodi negotio decreta, eccleſiæ catholicæ ſanctio, praxis & longiſſima conſuetudo, quæ eſt vt laici, & non conficiētes, vna dūtaxat, videlicet, panis ſpecie communicētur) pro lege reuerenter acceptanda, firmiterq; ſeruanda eſt, quæ non ex quouis humano figmēto, ſed ex eccleſiæ catholicæ doctrina ſana, mox ſubſcribenda, in diuinis ſcripturis recte intellectis fundata, proceſſit.

¶ECCLESIAE CATHOLICAE DOCTRINA.

LAicis & non conficientibus ad ſalutem ſufficit diuiniſſimæ euchariſtiæ ſacramentum, ſub vna videlicet, panis

ſpeci.

ſpecie ſumere. ¶Fundata eſt hæc doctrina ſup firmam petram, vt non pluuias ſchiſmaticoꝝ, non flumina hæreticorū, nec ventos timeat principū inferoꝝ. Fortiſſimū nanq̧ fundamentum habet, nimiꝝ Chriſti euangeliū, Chr̄i beneplacitum, Chriſti praxim & exemplū, Apoſtolicum teſtimonium Eccleſiæ generalis conſenſum, & vniuerſale ſtatutum, &c.

¶In euangelio dominus Chriſtus, cum de hoc diuiniſſimo ſacramento, ſermonem faceret, prorſus nunquam ſpeciei calicis, aut vini meminit. Speciem vero panis, crebrius repetens exp̄ſſit, & panē manducantibus, vitam æternam promiſit, id quod neutiquam feciſſet, ſi panis manducatio, non ad ſalutem ſuffeciſſet. Qui enim vitam præſtaret æternam, panis manducatus, ſi ſaluti haud ſufficeret? Inde dicit. Panis quem ego dabo, caro mea ē, pro mūdi vita. Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternū. Nam qui māducat me, inquit, viuet propter me, & viuet in æternum. Hoc ergo Chriſti beneplacitum eſt, vt manducans panem, habeat quod ad ſalutem ſufficit, atq̧ viuat in æternum. Oportet ergo, aut non eſſe de neceſſitate ſalutis vtranq̧ ſpeciem, aut Chriſtum, primam & ſummam veritatem, haud verum dixiſſe, vbi ait. Qui manducat hūc panē, viuet in æternum. Simul ſtare non poſſunt, ex manducato pane habere vitā æternam, & panem manducatum non ſufficere ad ſalutem. Si qs ex manducato pane viuet in æternū, nihil ſibi neceſſarium ad æternam vitam deficit, habet ergo quod ad ſalutem ſufficit. Confundātur itaque Antichriſti panis huius mānducationem non ad ſalutem ſufficere, ſed vtriuſq̧ ſpeciei ſumptionē ſub pręcepto neceſſariam, impie dogmatizātes, contra quos Chriſti verbum, manifeſte pugnat dicentis. Panis quem ego dabo, caro mea eſt. Qui manducat hūc panem, viuet in æternum. Alteri⁹ hic ſpeciei non recordatur, nullam facit de vini potione mentionē. Qui manducat (inquit) viuet in æternum. clariſſime ſubindicās, alteram ſpeciem, nimirum, quæ manducatur, panis videlicet, ad ſalutem ſufficere. ¶Hoc & praxis Chriſti confirmat. Nuſquā eīn in toto euangelio repperitur,

peritur, Chriſtum vel communicaſſe vel communicare præcepiſſe quemuis laicum ſub vtraque ſpecie. Imo non ſemel vnam dũtaxat ſpeciem, ſi qua fides Chryſoſtomo, Auguſtino Theoph. Bede, Theophyl. porrexiſſe, legimus, nimirum diſcipulis in Emaus euntibus, vt patet Lucæ vltimo. Sic in hiſtorijs, vnica panis ſpecie, Beatus Iacobus poſt Chriſti reſurrectionem communicatus legitur, Similiter Beatus Dionyſius Ariopagita, & alij. Quem ritum etiam ſanctus Paulus, ſi Chryſoſtomo credimus, Actuum. xxvij. ſeruauit, id q̃d nullatenus feciſſet, ſi vnius ſpeciei communicatio, Chriſti præcepto contraria fuiſſet. Nec obſtat duplicis ſpeciei, in cœna inſtitutio, quæ nequaquã fiebat ad popularis communionis modum præſcribendum, ſed qualiter a ſacerdotibus hoc diuiniſſimum ſacramentum eſſet conficiendum. Vnde & vtraſque ſpecies nulli, niſi ſolis Apoſtolis, tunc præſentibus, ac ſacerdotibus ordinatis, porrexit, quibus etiam ſolis dixit, hoc facite, conſecrationis huius ſacramenti ſubſtantiã & modum commendans. Diſtributionis autem regulam, nequaquam expreſſit, ſed illam in Apoſtolo℞ & eccleſiæ, ſuo ſpiritu gubernandæ, reliquit arbitrio, quæ Chriſti, ſui ſponſi, voluntatem hoc ſacramentum, ſub panis duntaxat ſpecie petere docentis, ſimul & Apoſtolorum in primitiua eccleſia praxim ac traditionem, hactenus ſeruatam, attendens, poſt orthodoxorum patrum haud abſq; ſcripturarum fundamentis ſcribentium teſtimonia, multis in concilijs generalibus, vnicam panis ſpeciem ſufficere docuit ad ſalutem, quæ ſpecies ex quo, cum minori, tam fidei, quam irreuerentiæ atque ſacrilegij periculo cæteris exhiberi poteſt, populũ deinceps ſub illa vnica dũtaxat ſpecie communicandum, in nouiſſimo Ecumenico Conſtantiæ celebrato concilio, Geſtione. xiij. ſalubriter ordinauit, cuius ordinationis tenor hic eſt,

¶ Cum in nonnullis mũdi p̃tibus, quidam temerarie aſſerere p̃ſumant, populum chriſtianum debere ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraq; panis & vini ſpecie ſuſcipere, & non ſolum ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum

icum, paſſim communicent, etiam poſt cœnam, vel alias, & non ieiuni, & communicandum eſſe pertinaciter aſſeuerant contra laudabilem eccleſiæ conſuetudinē rationabiliter approbatam, quam tanquā ſacrilegā damnabiliter reprobare conantur. Hinc eſt, quod hoc præſens concilium ſacrum generale Conſtantienſe in ſpiritu ſancto legitime congregatū aduerſus hunc errorem, ſaluti fidelium prouidere ſatagens, matura plurium doctorum, tam diuini quam humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit, & diffinit, q̃d licet Chriſtus poſt cœnam inſtituerit, & ſuis diſcipulis adminiſtrauerit ſub vtraque ſpecie panis & vini, hoc venerabilē ſacramentum, hoc non obſtante, ſacrorum canonum autoritas laudabilis, & approbata conſuetudo eccleſiæ ſeruauit & ſeruat, quod huiuſmodi ſacramentū non debet confici poſt cœnam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis, a iure vel eccleſia conceſſo & admiſſo. Et ſicut hæc conſuetudo ad euitanda pericula aliqua & ſcandala rationabiliter introducta eſt, ſic potuit ſimili aut maiori ratione introduci, & rationabilier obſeruari, quod licet in primitiua eccleſia, huiuſmodi ſacramentum reciperetur, a fidelibus ſub vtraque ſpceie, tamen poſtea a conficientibus ſub vtraq;, & a laicis, tantum ſub ſpecie panis ſuſcipiatur, cum firmiſſime credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus & ſanguinē, tā ſub ſpecie panis quā ſub ſpecie vini, veraciter contineri, vnde cū huiuſmodi conſuetudo, ab eccleſia & ſanctis patrbꝰ rationabilitr introducta, & diutiſſime obſeruata ſit, habenda eſt pro lege quā non licet reprobare, aut ſine eccleſiæ autoritate pro libito mutare. Quapropter dicere quod hanc conſuetudinem aut legē obſeruare ſit ſacrilegum, aut illicitum, cenſeri debet erroneum. Et pertinaciter aſſerentes oppoſitum præmiſſoꝝ, tāquam hæretici arcēdi ſunt, & grauiter puniendi, per dioceſanos locorum, ſeu officiales eorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis, in regnis ſeu prouincijs, in quibus

contra

contra hoc decretum aliquid fuerit forſan attentatum, aut præſumptum, iuxta canonicas & legitimas ſanctiones, in fauorem catholicæ fidei, contra hæreticos & eorum fautores ſalubriter adinuentas, &c. Hæc itaq; praxis eccleſiæ, qua populum ſub ſpecie duntaxat panis communicat, eſt in euāgelio dei fundata, verbis Chriſti conſona, exemplo Chriſti probata, praxi & traditione Apoſtolorũ roborata, generalibus eccleſiæ Concilijs firmata, conſuetudine rationabili ac antiquiſſima munita, doctorum ſententijs conteſtata, & ideo firmiter ſeruanda. Nam qui Chriſti eccleſiam contemnit, ac eius vnitatem ſchiſmate proſcindit, a Chriſto alienus eſt, & Chriſti ſententia, tanquam ethnicus habendus.

Auguſtæ M.D.XXX. Nouemb. vi.

¶DE PVRGATORIO. CAPVT XII.

POſtremo quid de purgatorio, a Scripturarijs negato, ſcriptura ſentiat, Tuæ gratiæ manifeſtare decreui, & ne fruſtra, vaniſque cauillis temp⁹, alioqui cum Tuæ gratiæ tum mihi breue perdā, ad rem propero. Gregorius præter multas hiſtorias, quas libro quarto dialogorũ, ad confirmandam purgatorij certitudinem adducit, etiam ſcripturas duas memorat. Alteram ex euangelio Matthęi qua dicitur, Si quis contra ſpm̄ ſanctum blaſphemauerit, neq; in hoc ſeculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua ſententia (inquit datur intelligi, quaſdā culpas in hoc ſeculo, quaſdā uero in futuro poſſe relaxari. Quod enim de vno negatur, conſequēs intellect⁹ patet, quia de quibuſdam conceditur. Alteram ex beato Paulo I. Cor. III. vbi de ædificāte Paulus ait. Saluus erit, ſic tamen tanquam per ignem. Id quod & Beat⁹ Auguſtin⁹ de igne purgatorij exponit. Origenes aſſerendo purgatorio ſcripturam habet ex pſalmo lxv. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Ad idem Hieronymus diuus Michęam allegat cap. vii. Cū ſedero in tenebris

dominus

dominus lux mea eſt. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſam meam iudicet, & faciet iudicium meum. Educet me in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Et illud Matthæi tertio. Baptizabit vos igne & ſpū ſanctō. Similem habet Iob pro purgatorio ſententiam vbi ait. Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me & abſcondas me, donec tranſeat furor tu⁹, & conſtituas mihi tēpus in quo recorderis mei? Hic locus etſi ad literam pro reſurrectione & ſepulchro nouiſſima inducatur, tamen a doctoribus ſanctis, etiam ad literam de inferno proprie dicto intelligitur. In quem ante Chriſti aduentum ſancti deſcenderunt, ſecundum illud. Deſcendam in infernum lugens filium meum. Et illud Pauli. Deſcēdit ad inferiores partes terræ. Nec video cur non etiamnum de inferno purgatorio catholice intelligi poſſit. In quem indubie multi ante Chriſti natum deſcenderunt, nam & hic locus eſt furoris, hoc eſt vindictæ domini. In quem electi nondum ſatis emaculati, a domino detruduntur, ſub illius quidē cura, & protectione reſeruati, non tamen prorſus proiecti, quia nec in ppetuum pœnas daturi. Sed ad conſtitutū a deo tempus, quo rurſum quaſi recordabitur illorum, ad gratiam beatę requiei purgatos admittens.

¶ Auguſtinus in ſermone. XLIIII, ad fratres in eremo purgatorium teſtatur ex ſcriptura libri Machabęorum, vbi legitur. Vir fortiſſimus Iudas facta collatione, duodecim milia drachmas argenti miſit Hieroſolymam, offerre ea ibi pro peccatis mortuoꝝ, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum & vanum videretur, orare pro mortuis. Et quia conſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sācta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluātur. In hac ſcriptura, plura memoria digniſſima notantur. Et primo, pro defunctis licere hoſtias & preces offerre. Id quod & diuus Chryſoſtomus ab Apoſtolis ſancit manifeſte teſtatur. Dein, quod huiuſmodi preces & ſacrificia defunctis ſa-

lubria ſint, id quod & Chryſoſtomus Apoſtolos tradidiſſe commemorat. Poſtremo quod fidelibus defunctis optima ſit repoſita gratia, videlicet remiſſionis peccatorum vt (inquit) a peccatis ſoluantur. Oportet ergo locus aliquis ſit, in quo

Apoc.21. expientur & ſoluantur a peccatis. At talis in cœlo non eſt, in quo nihil intrat coinquinatum. Nec in inferno, in quo nulla eſt redemptio. Alius ergo eſt ab illis, in quo fidelium animæ a peccatis expiantur, quem nos purgatorium appellamꝰ. Hæc ſcriptura adeo fortiter hæreticos, purgatorium negantes, conuincit, vt contra illam nec hiſcere auſint, ſed in vnam

Eſai.38. verſi fugam librum hūc Machabæorum, apud eccleſiam au-

Pſalm.6. thēticam negant. Contra quos hunc librum Beatus Auguſtinus canonicum probat de Ciuitate dei, libro .xviii. capite trigeſimo ſexto, can. ſecūdo Epiſt. Gaud. libro ſecundo, capite vigeſimo tertio. In ſecūdo libro de doctrina Chriſtaina capite octauo, in libro de cu. pro mortuis, capite primo. Similiter Beatus Hieronymus in ſecundo ſuper librum Machabæorum prologo. Idē Concilia eccleſiæ generalia, Carthaginēſe & Africanum. Quamobrem illam ſcripturam recte pro ſe catholici producunt ad probandum purgatorium.

Matth.5. ¶ Nec deſunt qui illud probant ex Saluatoris verbo Matthæi quinto: Non exibis donec reddas nouiſſimum quadrantem. Vbi locum affe rere videtur, in quo nouiſſimus quadrās aliquando ſoluatur. Alij ex illo Iohannis: Eſt peccatum vſq;

Ioh.5. ad mortem, non dico vt pro eo roget quis, quod de peccato finalis deſperationis, ab orthodoxis intelligitur, pinde ac ſi dixiſſet pro eo quem cum deſperatione miſericordiæ dei hinc migraſſe conſtat, nullus oret, eo quod illi fidelium oratio nequaquam profutura eſt. Reliquis ergo prodeſt, qui cum pietate dormitionem acceperunt, vt per orationes a cruciatibus quibus detinentur eripiantur. Eſt itaque purgatoriū.

¶ Ad hæc ſcripura triplicem ordinem facit eorum qui domino Ieſu genua flectunt cæleſtium videlicet, terreſtrium & infernorum. Et in Apoc. traditur, quod nemo inuentꝰ eſt in cælo nec in terra nec ſubtus terram, qui dignus eſſet ape-

rire librum. Palam eſt autem eos qui in gehenna ſunt, genua non flectere nomini Ieſu, nec de his aliqua probabilitas eſt aperiendi libri, quare de purgandis vtrunq; intelligi debet. Et quid adhuc tuæ gratiæ R. D. P. moleſtus ſum, quando nobis aſtipulantur omnia, nempe totius eccleſiæ conſenſus, apoſtolica traditio patres orthodoxi, Grçci pariter & Latini, purgatorium ex his & alijs ſcripturis catholice intellectis fideliter aſſerẽtes? Opinamur neminem deinceps tam inſanum fore, qui ſpretis tot tantiſq; certiſſimis teſtimonijs, a fide eccleſiæ Chriſti, hæreticorum nugacibus perſuaſionibus deſciſcere velit, ſine qua deum nemo videbit, ſuperbenedictum in ſecula, Amen. M.D.XXX. Auguſtæ Nouemb. vij.

HAbes Reuerẽdiſs. Pater ac priceps Illuſtriſs. q̃d Chriſtianiſſimus exoptauit animus, nimiꝝ pernitioſiſs. eoꝝ qui ſcripturis ſe omnia agere gloriantur, cum nihil minus faciant, errorem ſuo gladio, verbo videlicet dei iugulatum, ac freno rectitudinis catholicæ cohibitum atque reſtrictum. Opus verbis quidem non perinde elegans ac nonnihil ſermone imperitum, ſed fidei ſynceritate candidum, atq; veritate ſplẽdidum. Hoc igitur quale quale ſit, poſt hac aliquãdo (ſuperis fortunantibus) locupletandum, boni conſulito. In quo & ſi magnitudini rei haud ſatisfactum eſt, non puto tamen ſtudio tentatum eſt, vt quoad fieri poſſet, operis perfectioni nihil deeſſet. Porro haud Tuã Celſitudinem fugit, in magnis atq; arduis, qualia fidei noſtræ negotia ſunt, non raro laudem mereri, ardens animi votum, etiamſi ſucceſſus conatum deſtituat. Interim ter quaterque damnatam ſcripturariorum hæreſim, ceu nocentiſſimam peſtem ex tuis finibus profligare conator, eccleſiæ fidei conſtanter adhæreto, & frenum iſtud q̃ impiorum maxillæ, qui deo nequaquam approximant, cohibentur ac conſtringuntur, T. C. nuncupatam, vt felicioribus auſpicijs te patrono in lucẽ prodeat, obuijs, quod dicitur, vlnis excipito quo impudicos illos emiſſarios, ne plebem Tuæ Amplitudini creditam, ſolito aſtu circumuenientes, maximo videlicet animarum diſcrimine implicent, arcere poteris.

Bene vale in Chriſto Ieſu Præſulum ornamentum, quem ille Treuerianæ eccleſiæ & inſtaurandæ pietati, quã diutiſſime ſeruet incolumem. Confluentiæ M.D.XXXI.

¶ Tuæ Gratioſiſs. D. deuotiſs. ac ditiſs. Iohan. Dietenb.

SEQVITVR TRACTATVS EIVSDEM AVTORIS DE DIuortio, iam olim elaboratus, ad Clariſs. viꝝ non tam ſanguine quam virtute ac eruditione vere nobilẽ, Iuris doctorem D. Valentinum Tetenleben, Reuerendiſs. D. Archiepiſcopi Magontini a Conciliꝭs, R. Eccleſię Cathedralis Magontinę Canon. & magnificũ Præpoſitũ Franckfurdianũ, olim ſcriptus, & his haud inutiliter adiunctus.

NOn modicæ perplexitatis inter nos ſermo iam pridem exoriebatur Clariſs. doctor. Magnifice D. Præpoſite, nimirum de ſeparatis diuortio coniugibus. An, videlicet, ex literali ſcripturæ ſenſu probaretur vtrunqꝫ poſt diuortium debere innuptũ manere, id quod ego aſſerebam, & tua Excellentia, verum minime dubitabat, ſed in eo hærebat, ꝙ hunc intellectum, non ſcriptura imo potius eccleſia ꝑſcripſiſſet, vt patet. XXXII, q. vii. Cui opinioni nonnulli, nec abꝭciẽdæ autoritatis viri, cumprimis doctiſs. Eraſmꝰ noſter R. (cuiꝰ ꝑcipue motiuis in ſuis Anno.. expſſis moueri videbaris) ſubſcribere videtur. Porro cum eas Annotatioẽs ad manum tũc non haberẽ, nec antea legiſſem, reſpondere, q̃adusqꝫ eaꝝ mihi copia fieret, diſtuli. Præſentatis aũt X. Octob. per R. dominũ Lambertũ Paſcualẽ, Carth. apud Confluentiã Religioſiſs. moderatorẽ ac rectorem, magnæ eruditionis virum, meum ſingularem amicum mox calamum admoui, & quod de diuortio affirmauerã, præſentibus firmare volui. Tuam tamen excellentiam cum primis velim præmonitam, me hic de matrimonꝭj diſſolutione, ſeu his

quæ

quæ contractum dirimunt matrimonium, nequaquam ſcri-pturum (Nam pro eodem non accipio diuortium & diſſolutionem vinculi coniugalis) neq; ſummus quid Pontifex, quid ue eccleſia, circa coniugij direptionē poſſit, hic diffinire præſumo, ſed meum duntaxat adnitar & reddere promiſſum, & oſtendere propoſitum. Id vt fiat, primo omnium ſcripturę diſpiciendus eſt ſenſus. Dein catholicæ eccleſiæ producendus intellectus, Qui ſi variet a ſenſu ſcripturæ, habet tua Excellētia quod intendit. Sin, mei quoque compos ero propoſiti. At pro habendo indubitato ſcripturæ ſenſu, excutiendum, non iniuſte, autumat Eraſmus, quādo, qbus, qua occaſione, de diuortio dictum ſit, ſed & quid agat qui loquitur. Sic enim veram, inquit, germanamq; ſententiam deprehendemus. Hæc nanq; præcipua clauis eſt ad intelligendam myſticam ſcripturam. Eam igitur de diuortio loquentem cum primis diſpiciamus.

¶De diuortio Moſen in primis locutum, omnes fere ſcribentes teſtantur, quando in veteris legis explanatione Iudæis, ob eorum malitiam ſeu duritiam, repudij libellum indulſit Deuteronomij .xxiiij. Chriſtus quoq; Saluator nr̄ nonnihil hac de re locutus eſt. Et primo qdem in euangelicæ legis explanatione corā ſolis diſcipulis in monte Matth. v. cap. Dein corā Phariſæis ipſum de hoc negotio tentantibus Matthæi xix Mar. x. Luc. xvi. Quinetiam Beatum Paulum eius meminiſſe in aprico ē, priore ad Corint. vii. capitulo. Quia vero non de nomine quin potius de re diſputatio eſt, nequaquam inanes verborum pugnas, Chriſtianis ſemper vitandas, agemus, an videlicet & vbi nomenclaturam iſtā, diuortium ſcriptura prodat, ſed an rem per illam ſignificatam, coniugum videlicet, alioqui recte coniunctorum, legitimam aliquam ſeparationem, ex ſcripturis habeamus. Iam igitur ſingulorum dicta excutiamus.

¶Moſes primus huius negotij promotor, ſic Iudæis loquitur. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem,

ſcribet libellum repudij, & dabit in manu ei9 & dimittet eam de domo ſua, &c. Hũc textum vt diligẽter expendamus, primum ad Eraſmi regulam, quibus ſit dictus, attẽdamus. Si (inquit) acceperit homo vxorẽ & habuerit eam. His ergo Iudæis dictus eſt, qui & acceperint vxores, & qui eas habuerint. Nec fruſtra adiectum crediderim, & qui eam habuerit. Niſi enim aliud quippiam Moſes ſubindicare voluiſſet, quid opus erat hanc clauſulam apponere, cum permiſſum eſſet, Si acceperit homo vxorem? Notiſſimum nanq; eſt, omnem qui acceperit, etiam habere vxorem, quamuis hunc ipſum habẽdi modum Ariſtoteles alieniſſimum protulerit. At quid voluerit aperiamus. Qui textus ſimplici contentatur intellectu Moſen hic coniugum vtriuſq; conſenſum in Matrimonio neceſſarium ſubindicaſſe dicet, vt videlicet vxorem accepiſſe, ſit illam ſuiipſius conſenſu tanquam coniugem excepiſſe. Habere vero, ſit eam ipſius mariti conſenſione i ſuam admiſiſſe & traduxiſſe. ¶ Porro qui altius ſpeculatur, non ſolum Vicarium hunc conſenſum, ſed aliud etiam quiddam pro recta diuortij ſeu repudij legis mox intelligendæ intelligentia dicet hic notatum, nimirum vt accipere vxorem ſed interueniente mutuo expreſſo conſenſu cum aliqua matrimonium contrahere. Id q̃d ex Gen. cap. xxiiij. notabiliter probatur. Vnde Moſes eum accepiſſe dicet vxorem, q cum aliqua quę lege non prohibita, matrimonium (vtriuſque inte ueniente conſenſione) contraxit. Vxorem autem habere, ſit eam amplexu vxorio ſuam eſſe factam. Iacob enim licet acceperit, ſe tamen non habere putabat vxorem, donec ex more ingreſſus fuiſſet ad eam, Gen. xxix. Itaque Moſes illum habere voluit vxorem, q vxorẽ amplexus eſſet, ſiue q cum vxore, quam accepit, matrimonium conſummaſſet. Hoc ergo Moſaicus de diuortio ſiue rupudio textus inductus voluit. Qui acceperit vxorem, lege proculdubio non prohibitam, & cum ea matrimonium conſummauerit, eiuſmodi mulier ſi gratiam non inuenerit ante oculos ei9, &c. dimittet eam de domo ſua. Ex quo infero repudij legẽ ſuper conſummato duntaxat matrimonio

mino, alioqui legitime contracto, latam eſſe. Id quod & Saluator in euangelio teſtatur. Hac enim ſibi propoſita Moſaica lege, Erunt, inquit, duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. At quomodo erunt in vna carne vel vna caro, niſi nupſiarum interuenerit copula? Quod ergo deus coniunxit in vna carne & vna caro ſint, homo non ſeparet. Et mox ſubdit. Ego autem dico, Quicũq; dimiſerit vxorem excepta fornicationis cauſa, &c. Manifeſte notans ꝑmiſſum diuortium, ſeu dimiſſionem vel repudium ſuper his, qui in vna carne iuncta, imo vna caro facti ſunt. Neq; propter hoc verum negauerim matrimonium, vbi carnalis abeſt copula, ſed dico legis repudium & exinde diuortiũ, ex vi textus primum & potiſſimum habere locum, vbi conſummatum eſt matrimonium. Nam ſentẽtia quæ de conſummato matrimonio ſuper inferendo legali repudio præmittitur, hæc eadem Euãgelico, quod oſtendimus, diuortio præſcribitur.

Math. 19.

¶ Citatus proin legalis textus cauſam quoq; ꝑ quam repudio mediante, diuortiũ fieri potuit, ſubiũgit dicẽs, Et non inuenerit gratiã ante oculos eius, propter aliquã fœditatem, non quamcũq; videlicet, ſed fornicariã, id quod Paulus Burgẽſis, nat⁹ olim Iudæus, & in Iudaiſmo legis Doctor promot⁹ poſt ad Chr̃i fidẽ conuerſus non indocte probat, rationem ex legis textu deſumẽs, Chr̃iq; verbis confirmãs. Dein modus quo dimiſſio ſeu diuortiũ fieri potuit, ꝑſcribitur. Rapudij, inquit, libellum ſcribet, & dabit in manu eius. Poſtremo ad qd eſſet repudiũ aperit. Et dimittet, ait, eam de domo ſua. Vxoris igitur de viri domo dimiſſio, ſub repudialis libelli ĩſcriptione facta, repudiũ dr̃. Porro talis dimiſſio, diuortij nomẽ apud nos, ob cauſam infra dicendam, accepit. Talis inquam dimiſſio, hoc eſt, non omni modo a lege viri liberatio, ſed vxoris dũtaxat e domo viri abactio. Nam ob id dictum eſt, Dimittet eam, & notanter adiecta clauſula dimiſſionis reſtrictoria, de domo ſua. Quid eſt enim vxorem non prorſus a ſe, ſed e domo duntaxat dimittere, quam eam a domeſticæ conſuetudinis & thori conſortio propellere?

Cauſa repudij Pauli Burgen.

Modus repudij.

At forſan

¶ At forſan de coniugij vinculo, maneat ne, an non, ſubdubitatur. Audire libeat ex ipſo legiſlatore huius ſolutionem. Qui, inquit, dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum & alij nupſerit, mœchatur. Quid clarius haberi poſſet? Vides ꝙ in diuortij negotio maritus & vxor ad paria iudicantur? Quicunq;, inquit, dimiſerit, iuxta legis videlicet & euangelij præſcriptum, alias enim dimittere non licet. Matth. xix. vxorem cum qua conſummauit matrimonium, & aliam, priore dimiſſa, videlicet adhuc viuẽte ſi duxerit, adulterium committit. At qui hoc eſſe poſſet, ſi coniugum diuortium, coniugalis quoq; vinculi ligaculum proſcinderet? Similiter, ait, ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit, mœchatur. At quomodo mœchia notaretur, ſi ex diuortio eſſet a viri adhuc ſuperſtitis lege prorſus ſoluta? Vides nunc dimiſſionem, quam diuortium nominamus, talem eſſe oportere vt neutri, facto diuortio, liceat alteri nubere? Ex ipſis itaque Chriſti verbis habes, viri vel vxoris dimiſſionem, nomenclatura diuortij importata, alterius quidem coniugis dimiſſionem, nullatenus vero coniugij ſolutionem ſignificare. Manet ergo poſt diuortium, infractum coniugele vinculum. Id quod etiã ex primo domini, quem hac de re ſuos ad diſcipulos habuit ſermone, clare videre licet.

¶ Dictum eſt, inquit, Qui dimiſirit vxorem, det ei libellũ repudij. Ego autem dico vobis, Quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Et ꝙ dimiſſam duxerit, adulterat. At vbi deeſt coniugalis fœderis nexus, mœchia vel adulterium accidere non poteſt. Manet ergo poſt diuortiũ pacti coniugalis vinculum vt alteri nubere nullatenꝰ liceat, ſed vel reconcilari dimiſſo, vel innuptum manere oportet. Propterea notãter ait. Dictum eſt, non ſcriptũ aut diuina lege ſtatutũ, vt inſinuaret ſe probare, non q̊d in lege ſcriptũ ꝑmittebatur, videlicet ex repudio diuortiũ, ſed q̃a in ore Iudęorum Phariſaicis traditionibus circumuentoꝝ communiter verſabatur, dimittẽdam videlicet,

quam

quauis etiã ex cauſa vxorem ita vt pariter & coniugalis ſolueretur nexus, liceretque poſt hac ex ipſo diuortij ſeu repudij iure vtriq; cui vellet nubere, quod etiam dominus ibidẽ ſubindicat, cum dicit. Quicunq; dimiſerit vxorem, non adijciẽs legis pſcriptũ propter aliquã fœditatẽ videlicet. Nã & infra quoq; capite. xix. interrogabant, ſi ex quacunque cauſa vxor eſſet dimittenda, id quod ipſi tradiderant. Hunc aũt errorem reformans dominus his, qui orbis magiſtri erant futuri, Apoſtolis videlicet, dicebat, Ego aũt dico vobis. Quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Manifeſte diuortium adpellans, ob fornicationem factam dimiſſionem, & talem quæ non diſſolueret coniugalis vinculi ligamen, quod etiam Marcus non obſcure verbis domini Saluatoris aperit dicens. Quicunq; dimiſerit vxorem & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eã. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit, mœchatur. Apertiſſime notans, licere quidem diuortium, ſed indiſſolutum nihilo ſecius poſt diuortium manere coniugale vinculum.

¶Sed exceptoria clauſula fortaſſis dubitationem ingerit. At illius nec Marcus meminit neq; Lucas, moxque de hac, quorſum refe ẽda, dicemus. Interim Sanctum Paulum quoque diuinarum ſcripturarum, obſcurum habentium intellectum, diuinum interpretem benigne audiamus.

¶ His qui matrimonio iuncti ſunt, inquit, præcipio non ego ſed dominus, vxorem a viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Cum ſupponamus Apoſtolum in quo Chriſt⁹ loquitur, Chriſto nullatenus aduerſum, ingenue fatẽdum ẽ, Apoſt. hunc textũ non alio ſenſu produxiſſe, quã dominus Chriſtus, cuius allegat præceptũ, mãdauerit. Præcepit autem dominus quod ex ipis eius verbis adduximus, nullam ex diuortio fieri circa fœdus coniugale diruptionem. Quid ergo aliud dicet eius apoſtolus? Conferamus itaq; & conferamus domini pariter & apoſtoli verba, dicamusq;. His q matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego ſed dominus, vxorẽ

a viro non diſcedere, niſi ob cauſam a domino p̄miſſam, quod Ambroſius monuit ſupplēdum. Quod ſi eam ob cauſam diſceſſerit (Nam aliter iure diuortij diſcedere non licet) manere innuptam, quod dominus dixerit, vxor ſi dimiſerit virum ſuum & alij nupſerit, mœchatur. Aut inquit Apoſtolus) viro ſuo reconciliari. Viro inquit, Si poſt vxoris diſceſſum, quē adpellamus diuortium, vir manet adhuc vir ſuus, ſicut & Apoſtolus clare fatetur. Ergo manet poſt diuortium coniugale illæſum vinculum. Quid enim opus eſſet vxori vel perpetuam indicere continentiam, aut viro, priori tanquam ſuo reconciliari, ſi ex diuortio adeo diſruptum eſſet fœdus coniugale, vt cui vellet, nubere liceret? Sed reconciliationem propter carnis infirmitatem admiſſam puto, ne poſt diſceſſum, a Satana tententur. Melius eſt enim mutuo reconciliari & ſtatim inidipſum redire, & ſaluari, quám irreconciliatos vri, & ſic perire.

1. Cor. 7.

¶ Sed hanc ipſam collationem, apoſtolica probare debemus ſententia. Dicit namque, Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir eius ſoluta eſt a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. Quid clarius expectamus? Quæcunque, inquit, mulier ſub viro eſt, viuente viro alligata eſt legi, haud dubium coniugali? Sed facto, ex cauſa in lege permiſſa diuortio, adhuc manet mulier ſub viro, quia a lege viri non ſoluitur inquit, niſi mortuus fuerit vir eius. Ergo facto diuortio adhuc manet alligata legi coniugali, per diuortium itaque non ſoluitur coniugale vinculū. Quomodo eñ ex alterius viri coniunctione iudicaretur, id quod hic facit Apoſtolus, adultera, ſi per diuortium coniugale proſcinderetur vinculum? Si autē, inquit Apoſtolus, mortuus fuerit vir eius, libera eſt a lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Non ergo per diuortium, ſed per mortē ſoluitur coniugale vinculum. Item alibi, Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, manifeſte dicit alligatam, non ſolum quanto tempore vir eam non dimiſerit, ſed quāto tempore

Rom. 7.

1. Cor. 7.

vir ei⁹ viuit. Quod ſi dormierit, inqt, vir eius, liberata ē a lege. Durante itaq; mariti vita, legitimū non expirat coniugale vinculū, quantūuis etiā interueniat diuortiū. At diceres, Apoſtolus hic de ea ſolū loqtur quæ ſub viro eſt. Porro eiuſmodi eſſe non poteſt, q̄ iam a viro p diuortiū dimiſſa eſt, licebit itaq; tali cui velit, nubere. Reſpondeo, mulierē eſſe ſub viro, non eſt eam ſolū quantū ad domeſticam conuerſatiōnē indiuiſam manere a viro, ſed vt Apoſtolus habet, legi viri alligatam, vt cū alio viro non eſſe poſſit, absq; adulterij nota viuente adhuc priore viro ſuo. Hoc enim niſi dicatur nunquā ſibi non diſſentiēt Chriſtus & eius Apoſtol⁹. Quomodo eñ conſtabunt, dimiſſum coniugem, vel fornicariū innoxium poſſe libere ſine mœchia altero nubere, & ſi nupſerit, adulterari & mœchari? Quomodo conſtabūt, Quicūq; dimiſerit vxorē & aliā duxerit, adulteriū committit. Et ſi vxor dimiſerit viȝ & alij nupſerit mœchatur, & vtriq; facta dimiſſione, licere abſq; adulterij crimine cui velit nubere. Quomodo conſtabūt, Præcipio, non ego, ſed domin⁹ mulierē a viro non diſcedere: q; ſi diſceſſerit, manere innuptā, aut viro ſuo reconciliari. Et mulierē diſcedentē non manere inuptā, nec viro ſuo reconciliari oportere, ſed libere poſſe ſine mœchia cui velit nubere. At his forſan obſtare videbitur exceptoria clauſula ī euāgelicis verb exp̄ſſa, ſ. Excepta fornicationis cauſa, niſi ob fornicationē, qua dn̄s nouas, facto diuortio concedere videtur nuptias, p̄cipue ſi diuortiū ob fornicatonem ſit admiſſum. Dicit enim: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationē, & aliā duxerit, mœchatur. Intercedēte itaq; fornicatione, licebit absq; mœchia alteri nubere. Reſpondeo. Niſi domin⁹ Chriſtus hūc Phariſæoꝝ cauiliū iam dudū repuliſſet, anxi⁹ pro ſoluēdo labor fuiſſet. Quicqd eñ a q̄uis orthodoxo diceretur, a naſutulis nr̄is aliter interp̄tantibus temere repelleretur. Hanc autē ſcripturam quū ipſa diſcuſſerit veritas, illius interp̄tationi, humana merito cedet traductio. Non aūt diſſimiliter Phariſęi argumentabantur. Abſq; mœchię p̄iculo licet vxorem propter fœditatem

aliquā de domo dimittere, ergo ſimpliciter quauis ex cauſa dimittere, aliāq; abſq; mœchia ducere licet. Quid aūt dominus ad hæc? Phariſæi, audito quod non quacunque ex cauſa ſic vxores dimittere, vt alteri(ſicut credebāt) nubere liceret, inſtantes acrius interrogabant. Quid ergo Moſes mandauit dari libellum repudij & dimittere? Quamuis Moſes non abſolute, ſed de domo duntaxat, vt dictum eſt, dimittere permiſiſſet. Dominus hunc eorum corrigens errorem ait. Quia Moſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Ab initio autem non fuit ſic. Tale eſt q̄d dicit, Moſes non quauis ex cauſa, nec qualitercunq; nec quāuis, ſicut putatis, ob cauſam vxores dimittere p̄miſit, ſed iuxta formam de repudio præſcriptam, qua p̄mittitur quidem ob fœditatem, vxoris dimiſſio, ſed non conceditur alterius ſuperinductio. Porro præceptionis eius quam expoſtulatis ratio fuit, non diuinæ p̄ceptionis conſtitutio, ſed veſtri cordis malitia, qua permittebatur indulgenter, quod alioqui non fieri expediebat. Igitur cum ad aliam poſt permiſſam dimiſſionem, diuertitis copulam, haud conformiter diuino agitis inſtituto, quod hoc ab initio non ſic fuerit. Deus autem ſibi ipſi non conſtare non poteſt. Dimiſſionis itaq; quā obtruditis, permiſſio non ſe ad alterius copulæ conceſſionem, quā veſtra traditione præſumitis, extendit. Ego ipſe nanq; verus legiſlator & doctor, æquiſſimuſque interpres, vobis, a Moſe nullatenus diſſentiens, dico. Quicūq; dimiſerit vxorē ſuā, niſi ob fornicationē, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Hoc ē, Quicūq; quauis, ſicut vos obtruditis ex cauſa, & non propter eā quā lex p̄ſcribit, nimirū, fornicationē, dimiſerit vxorē ſuā, peccat ſic dimittēdo, quod ſi aliā ſupinduxerit, grauiꝰ peccat, q̄a mœchatur. Sicut ergo quod Moſes habet, propter fœditatē, non ē alteriꝰ coniugij licētiatiuū, nec ad nouā ſubeūdā copulā torquēdū, quin potius vxorariæ dimiſſionis e domo determinatiuū, & ſolius cauſa dimiſſionis ſpecificatiuum. Similiter vt ſcriptura ſcripturæ conſonet, & dei verbum ſibi ipſi conſtet, quod dicitur in Euan-

in Euangelio, niſi ob fornicationem, vel excepta cauſa fornicationis, non eſt contra domini ſententiam, ad nouæ copulæ libertatem ſeu licentiam trahendum, ſed vt dominus voluit, vxorariæ dimiſſionis e domeſtica conſuetudine & thoro determinatiuum, & eius dimiſſionis cauſa ſpecificatiuum, id q̃d omnes ferme catholici literam exponentes habent. Sed & Eraſmus tam manibus quam pedibus in eãdem concedit ſententiam, toties proteſtando ſeſe ab eccleſiæ ſenſu nullatenus diſceſſurum, quicquid interim diſputandi, ſtudijue exercendi gratia, ſcripturas inuoluens, eccleſiæ de ſe clarã ſententiã ſcribendo molitus ſit reddere dubiam.

¶Ex hoc eodem domini reſponſo claret, non aliorſum legis repudium, quam euangelij diuortium tendere, nimirum ad ſolam vxoris e domo dimiſſionem, non autem ad alterius ſuperinductionem, quam tamen lex tunc admiſit non ob repudium, cum etiam ante repudium permitteretur. Sed ob diuinam diſpenſationem tunc temporis vxorũm pluralitatẽ quam hodie ſuſtulit, concedentem. Et propter hoc poterat vir impune, poſt repudium aliam ſuperinducere vxorem, q̃ alioqui fuiſſet cũ vna contentus. Similiter vxori dimiſſæ contrahere cum alio impune apud legẽ permittebatur, licet polluta & abominabilis facta reputaretur. Vtrumque tamen horum ad repudij ius male torſerant cæci phariſæi, quod ex Chriſti reſponſo patet iam ſupra inducto.

¶Hæc ſi ad inuicem conferamus, manifeſte habem⁹ ſcripturas ad literam intellectas, per vxorariam dimiſſionem, diuortium intellexiſſe, eamq; non ſolutionem a coniugali vinculo, ſed ſeparationem a domo & thoro voluiſſe. Eandẽ quoque ob cauſam in noua ſicut in veteri licere, ſed non ſecus, quam quod coniugum vterque facto diuortio, maneat prorſus innuptus. Erit ergo diuortium euangelicum, ſeu eccleſiaſticum. Non enim aliud eccleſia nouit quam euangelicũ, ſecundum ſcripturarum literalẽ ſenſum, coniugum quantum ad domeſticam conſuetudinem ac thori congreſſionem legitime facta ſeparatio, manente interim coniugali vinculo penitus *Diuortiũ eccleſiaſticum quid.*

penitus ſenſum coniugum, quantum ad domeſticam conſue tudinem ac thori congreſſionem, legitime facta ſeparatio, a, nente interim coniugali vinculo penitus indiſrupto.

¶Porro quia literalis ſenſus eſt, quem litera ſignificat, & ſpiritusſanctus autor ſcripturæ, intendit. Is vero quem inten dat ſenſum, certius poſſit tradere nemo, quam Catholica (cui eſt in æternum promiſſus) eccleſia. Senſum quem eccleſia pro literali determinat, nemo literalem addubitare debebit. At alium, quam qui de diuortio dictus eſt, ex litera non pronũciat, vt patet. xxxii. q. vii. Conſectarium igitur eſt eandem eſſe cum eccleſiæ, tum ſcripturæ etiam ad literam intellectæ de diuortio ſententiam. Cum ergo ex eccleſiæ ſententia con iuges poſt diuortium manere innuptos probatur, nihil prorſus ſenſui literali ſcripturæ præiudicatur, id quod Mileuitanum Concilium conteſtatur, ſic habens. Placuit vt ſecũdum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neq; dimiſſus ab vxore, neq; dimiſſa a marito alteri coniungatur, ſed ita maneant, aut ſibi reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur.

¶Supereſt, vt etiam ex ſcripturis diuinis ad literam recte intellectis diſquiramus, cur hodie poſt diuortium non liceat, ſicut & olim licuit, aliam ſuperinducere, hoc enim non euenit (vt diximus) ex repudio vel diuortio, quod ad nihil aliud tendebat quam ad dimiſſionem vxoris de domo. Cauſas igitur huiuſmodi prohibitionis diſpiciamus. Eas autem Chriſtus puto expreſſit vbi ait. Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna. Itaq; iam non duo ſunt ſed vna caro. Q̃d ergo deus coniũxit, homo non ſeparet. Dicunt illi. Quid ergo Moſes mandauit dari libellũ repudij &

dimittere? Ait illis, Quoniam Moſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. Ab initio autem non fuit ſic. Dico autem vobis, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Hucuſque Chriſtus.

¶Habes hic cauſas non admiſſæ ſuperinductionis alterius vxoris tres, videlicet. Retractationem legalis permiſſionis. Declarationem conceſſæ repudiationis, & prohibitionem alterius nuptialis conuentionis. Retractatur autem legalis permiſſio, dum contractus matrimonialis ad eã diſpoſitionem, quam ab initio habuit in lege naturæ reducitur. At quam tunc habuerit, oſtenditur cũ dicitur. Qui fecit hominẽ ab initio, maſculũ & fœminam fecit eos. Non aũt maſculum & fœminas, ſeu maſculos & fœminam. Et dixit, ſcilicet per Adam. Propter hoc, officium videlicet coniugale, relinquet homo patrem & matrem, quia cum his contrahere non licet, & adhærebit, videlicet indiuiſibilitate conſenſus & carnis, vxori, non dicit vxoribus, ſuæ cui ſe legitime coniunxit. Et erunt duo, quãtum ad perſonas in carne vna, id eſt, indiuiſa, vt videlicet neuter alio ſuperſtite ſui corporis habeat poteſtatem illud alteri tradendo. Itaq; iam hoc eſt amodo tempore nouæ legis, non erunt ſicut ab olim in lege Moſi duo diuiſi quantum ad copulam corporum, ſed vna, id eſt, indiuiſa caro quantũ ad incommunicabilitatem corporum pro alio connubio ſubeundo, quantumuis etiam diuortio ſequeſtrentur. Non vult ergo deus iam aliquem vel aliquam poſt diuortiũ ſuperinduci, qui ſicut vni vnum ab initio præſcripſit, ita nunc ſeruatum voluit. Sed quomodo inqunt Phariſæi, a Moſe permittitur, ſi deus nunc ſicut & ab olim noluit? hoc mox dicetur.

Decla-

Declarat° cōceſſæ repudiatio-nis. ¶Declaratur quoq; conceſſa repudiatio, dum cauſa quare Moſes admiſerit, producitur. Qm (inquit) Moſes ad duritiam cordis veſtri pmiſit vobis dimittere vxores vr̄as, hoc eſt, Si veſtri cordis duritia non obſtetiſſet, Moſes hanc dimiſſiōnē nequaquā indulſiſſet. In cauſa fuit, non pceptio diuina, Deut. 11. ſed vr̄i cordis duritia, non legis ab initio factæ retractatio, ſed vr̄i cordis obduratio. Nec tamē Moſes in vniuerſum ſic ſtatuit fiendū, ſed vobis duntaxat, duriſſimę ceruicis hominibus pmiſit. At nunc aliter populus, molliora q; ſunt corda Daniel. 9. Oſee. 2. de qbus dicitur: Dabo eis cor vnum & ſpiritū nouum tribuā Ezech 11. in viſceribus eo℞. Et auferā cor lapideū de carne eo℞, & dabo eis cor carneū, vt in pceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant faciātq; ea, & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in deum. Hæc ergo conceſſio etiā ſi ex quauis, vt obtruditis, eſſet cauſa, etiam cum licentia ſuperinductionis alterius, amodo durare non debet, eius cauſa penitus ſublata.

Prohibiti o nuptialis conuētionis poſt diuortium ¶Prohibetur demum aliarum poſt diuortium nuptia℞ congreſſus, cum dicitur: Ego autem dico vobis, Quicunq; dimiſerit vxorē. Ecce diuortij ratio, & q aliam duxerit, mœchatur. Ecce aliarum nuptiarum prohibitio. Manifeſte itaq; habes, cur hodie diuortio, non poſſint licite aliæ ſuperuenire nuptiæ. Propter quod Chriſtus concludit: Quod ergo deus, ſua autoritate coniunxit, homo ſua traditione, domini irritando mandatum, non ſeparet. Neſcio ſi quid clarius doceri poſſit. Ceſſent ergo nouæ cauillationes, ſuperuacaneęq; diſputationes, pro adhuc quaſi dubio diſquirendo ſenſu literali, quem Chriſtus adeo luculenter expreſſit, eius Apoſtolus declarauit, eccleſia demum conformiter docuit. Magnæ ſiquidem & ſuperbiſſimæ præſumptionis eſt, propter aliquas exiguas argutiunculas, a ſenſu Chriſti & eccleſiæ variare, & alium huicque penitus aduerſum, quaſi literalem ex ſcripturis Eccle. 3. extorquere. Scriptum enim ē. Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus illa cogita ſemper, & in pluribus eius operib⁹ non eris curioſus. Non eſt em̄ tibi neceſſarium ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis

oculis tuis. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

¶En hæc ſunt clariſſime doctor, quibus permotus dixi, ex Euangelicæ literæ ſenſu probari poſſe, vtrumque coniugem poſt legitimum diuortium, oportere manere inuptum, etiamſi nihil de hoc eccleſia præſcripſiſſet. Ex quibus & me non fuiſſe falſiloquum, & tuam Excellentiam verum protuliſſe iudicium, depræhendes, q̄bus & Eraſ. Rotero. argutias aliud quid (ni fallor) multis folijs commolientes prorſus exploſas opinor. Id quod vt tuæ Excellentiæ velut digito ſubindicem, breuiuſculis cum reſponſis, illius motiua, ſubſcripſi, paucis præmiſſis paradoxis, quibus ſummarie compræhenditur, quod aliquantula digreſſione iam ante præmiſſum eſt.

¶Primum, Euangelium admittit diuortium. Math. 5. Mar. 10.

¶Sdm quod ē hodie diuortiū apud Chriſtianoꝝ eccleſiā, hoc olim ſignificabat repudium apud Iudæorum Synagogā.

¶Tertiū, diuortium verius interpretatur eccleſia, quam Iudæorum Synagoga. Matt. 19.

¶Quartum, Eccleſia interpretando diuortium eſſe domeſticæ conſuetudinis & thoralis conuētionis direptionem manente coniugali vinculo, non variat a ſenſu literali in euangelio contento.

¶Quintum, Textus diuinæ ſcripturæ de diuortio inducti ſunt ex vi literæ de legitimo & conſummato coniugio intelligendi. Si enim non legitimum aut non conſummatum ſit, eccleſia certas ob cauſas non quidem diuortio diuidit, ſed prorſus dirimit.

Sextum. Fornicatio quæ pro cauſa diuortij per ſcripturam inducitur, tam de carnali quam ſprituali S. Paulus recte interpretatur.

Septimum. Nec repudium in lege, neque diuortium in euangelio præcipitur ſed permittitur. Nā dominus ait. Quoniā Moſes ad duritiā cordis vr̄i pmiſit vob̄ repudiare vxores veſtras. Dictum eſt autem eam vxorem dimiſſionem ſigni- Mat. 19.

Obiectio diluitur. Marci.10. ſicare diuortium. At quod apud Marcum legitur, Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit Moſes præceptum iſtud, ſecundum opinionem Phariſæorum, ſic ſcripturam male tradentium intelligendum eſt. In euangelio quoque non legitur præceptiue. Quilibet dimittat, ſed conditionaliter & permiſſiue. Quicunque dimiſerit.

Matth.19. Octauum. Et ſi vera ſit, quam de diuortio diximus ſententia, Chriſti tamen diſcipulis, ſicut & hodie pluribus ſua non contentis vxore, viſa fuit dura. Nam dicebant, Si ſic eſt cũ vxore, vt videlicet, eã niſi ob cauſam fornicationis non liceat dimittere, & neque tunc vt aliam ducere poſſit, non expedit nubere. In quam ſententiam & diuus concedit Paulus, vbi ait. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem 1.Cor.7. Hierony. in Matth. Et Beatus HIERONYMVS ait. Grauependus vxor eſt, ſi excepta fornicationis cauſa, eam dimittere non licet. Quid enim ſi temulenta, ſi iracunda, ſi guloſa, ſi morboſa, nugatrix, ſi maledica, tenenda huiuſmodi? Velimus, nolimus, ſuſtinenda erit. Eccle.25. CHRYSOSTOMVS. Leuius ẽ contra concupiſcentiam præliari, & contra ſeipſum, quam contra mulierem malam, quia non eſt malitia ſuper malitiã mulieris. Recte itaque Paulus dicit. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Recte concludunt Apoſtoli. Si ſic eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere.

Nonum, Eccleſia, non diuortij iure, ſed Chriſti conceſſione. ſpirituſſancti directione, illegitima aliqua ſeparat & diſſoluit matrimonia. Quia diuortium non ſe extẽdit niſi ad dimiſſionem domeſticam, ſaluo coniugij fœdere. Sed illegitimatio perſonarum, ex impedimentis videlicet proueniens, prohibentibus maxime & dirimentibus, ſpirituſancto p Eccleſiam iubente prorſus, diſſoluit matrimonij vinculũ, quod non ſit deo autore confectum.

Hæc quorſum tendant Eraſmianarum obiectionum ſub ſcriptarum ſolutionibus mox videbitur.

Eraſmus.

ERASMVS IN ANNOTATIONIBVS primæ epiſtolæ ad Corinth. Cap. vii.

SCio receptiſſimum eſſe inter Chriſtianos, vbi ſemel coijt matrimoniũ, nullo pacto poſſe dirimi, niſi morte alteri⁹. Atq; in hac ſententia propemodumfuiſſe Origenẽ & Chryſoſtomum (ſine dubio certe fuit Hieronymus & Auguſtinus) eamq; veterum Epiſcoporum conſtitutionibus, & Decretalium legum autoritate eſſe confirmatum, quas ex hoc potiſſimum loco, id eſt. 1. Corinth. vii. adparet, deniq; & Theologicarum Scholarum conſenſu comprobata.

Reſpon. Iohannis Dietenb.

¶Recte inter Chriſtianos receptiſſimum habetur, & veterum Epiſcoporum conſtitutionibus, decretaliumq; legum autoritate confirmatur, nec non & Theolog. Scholarũ conſenſu comprobatur, quod diuina autoritate ſtatuitur, neque iniuſte in hanc ſententiam propemodum Origenes, Chryſoſtomus, Hieronymus & Auguſtinus concedunt. At matrimonium non qualecunq; (ſicut tu obtrudis, Epiſcoporumq; conſtitutionibus, decretalium autoritati, Theologicarum q; ſcholis minus recte imponis) ſed legitime contractum & conſummatum, tale inquam, vbi ſemel coijt, nullo pacto debere p hominem dirimi, diuina autoritate, ſtatuitur, vbi dicitur. Quod deus coniunxit, homo non ſeparet. Recte itaque hoc inter Chriſtianos receptiſſimum habetur. Porro cum omnis pars ſuo non congruens toti turpis ſit, multũ inepte p te impugnatur, quod apud oẽs, etiam te teſte, receptiſs. ſeruatur. Matth. 19.

Eraſmus

Cæterum, ſi ſemper hoc bonis viris cordi fuit, opinionem in melius commutare, & leges ceu pharmaca conuenit ad morborum habitum ac rationem accommodare, conſiderem⁹ an hic liceat idem fieri, & ſi expedit, an liceat vt matrimonia q̃dam dirimantur, non temere, ſed grauibus de cauſis &c. & ita dirimantur, vt liberum ſit vtrique cui velit iungi, aut alteri certe, qui diuortij non dederit cauſam.

Reſponſio Iohan. Deitenb

Dico primo, ſemper hoc quidem bonis viris cordi fuit, opinionem, quãtum cum deo licuit, in melius, ſed non in pei⁹ commutare. Commutarent autem in peius, ſi eam ſententiæ diuino ſtatuto aduerſæ commodarent ; quod vtique fieret ſi diffinirent, aut alteri certe qui diuortio non dederit cauſam, poſſe libere, cui velit iungi. Dico ſecundo , Non pro eodem habemus Diuortium & Matrimonium omnimodam diruptionem: Vnde non ſtatim conſequẽs eſt, ſi hoc præſtet cauſam diuortij, ſufficiat quoque ad direptionem matrimonij Neque recte colligitur, His inter quos matrimoniũ prorſus diremptum eſt, licet iungi cui velint, ergo etiam ijs qui ſolo diuortio ſeparati ſunt. Dico tertio, Non eſſe nobis hic verbũ de matrimonij diremptione, ſed diuortio.

Eraſmus.

III. Primum enim, hoc eſt Apoſtolice pietatis omnium ſaluti quo ad licet conſulere, & infirmis etiã Eccleſiæ mẽbris ſua cura ſuccurrere. Videmus autẽ tot hominum milia infelici coniugio ſibi cohærere cum exitio vtriusq́, q ſortaſſis diſiuncti ſeruari poſſent, quod ſi fieri poſſit citra iniuriam diuini præcepti, optandum opinor omnibus pijs. Sin minus, votum tamen ipſum pium arbitror, præſertim cum charitas optet nonnunquam & quæ fieri non poſſunt.

Rom. 9.

¶ reſponſio Iohan. Dietenb.

Non poteſt eſſe Apoſtolicæ pietatis, omnium ſaluti cuiuſquam conſulere cum diuini iniuria præcepti. Non ſunt enim faciẽda mala vt eueniãt bona. Nec piũ poteſt eſſe votum quod diuino aduerſatur ſtatuto. Neq́ ad hoc ſe charitas extẽdit quę perperam nihil, contra deũ nil prorſus p̃ſumit. Quod ſi ſint qui infelici conhæreant coniugio, poſſunt veris, grauibus, iuſtiſque extantibus cauſis per legitimos eccleſiæ præfectos & iudices dirimi. Sin diuortio ſaltẽ ſequeſtrari ad alias

Cor. 13.

autem

aũt nuptias iure diuortij non licentiari, ſed eis indicitur ſibi mutuo reconciliari. Per q̃d ſatis prouiſum arbitror infirmis omnib⁹ pijs quod videlicet poſt ſuas concupiſcẽtias, id quod tenentur, non eant ſed poſitis amarulẽtijs, diſplicẽtijs & cauſis infelicitatis, in idipſum reuertantur & ſic ſeruentur: Qui forſan ſi ſepararentur minus ſeruarentur, nacti maiorẽ male faciendi libertatem. Eccle.18.

Eraſmus

Non defuerunt aũt qui ita ſenſerint a recte dirempto matrimonio licuiſſe cum alia copulari.

¶Reſponſio Iohan. Dietenb.

¶Nec hodie deſunt qui hoc recte ſentiant. At nobis ſermo non eſt de matrimonij direptione, ſed diuortio. Quod ſi qui fuerint qui fideles ſolo diuortio ſeparatos, ſenſerint cum alijs copulari licuiſſe, minus recte ſenſerunt, quod & ſcriptura probauimus & catholice eccleſię definitione commonſtrauimus.

Eraſmus.

Origenes homilia in Matthæum ſeptima teſtatur ſibi notos fuiſſe quoſdã Epiſcopos, qui permiſerint vxoribus quæ cum viris diuortiũ fecerant, alijs nubere viris, ac fatetur hoc ab eis factum aduerſus præceptum domini & Pauli, ſed tamen factum non damnat.

Reſpon. Ioha. Dieten.

Non video quomodo Origenes non damnet, quod aduerſus domini & Pauli præceptum fatetur factũ, nec ex hoc facto probatur licere ſeparatis diuortio alij nubere, cum Origenes clare proteſtetur aduerſus domini & Pauli præceptũ præſumptum. Neque videre poſſum quomodo Epiſcopi illi citra diuini præcepti iniuriam hoc permiſerint, quod contra domini & Pauli præceptum admiſerint, id quod Origenes ibidem palam fatetur.

Eraſmus.

Deinde non videtur addubitare Origenes, quin viro licceat cui pmittit euangeliũ ob adulteriũ vxorẽ repudiare. Nec Paulus huic præcepit, vt vxori reconcilietur.

Reſponſio Iohan. Dietenb.

Dico primo: Non quærimus quid Origenes non addubitauerit, ſed quid diuinæ legis diſpoſitio circa diuortium ordinauerit. Dico ſecundo, viro quidem cui permittit euangelium, licet repudiare, ſed non aliam, repudiata viuente ducere, quod hoc euangelium non ſolũ non permittat, quin poti9 prohibeat. Quod & ſi Paulo virum vxori verbotenus non præcipiat reconciliari, innuptum tamen vult poſt diuortium manere Chriſto (cui contrarius eſſe non poteſt) ita diffiniente.

Eraſmus.

vii. Eiuſdem ſententiæ fuit Pollonius &c. Cuius ſententiam Auguſtiuus reuellit, vt hæreſeos crimen non intentet.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Si recte reuellit illius ſententiam Auguſtinus, non ergo ſanæ fuit opinionis. Quod ſi hæreſeos crimine non intẽtetur num conſequens eſt, vt ideo hæreticus non fuerit, aut hæreticum non ſapuerit? Sat nobis eſt, quod eius ſententiam tanquam vero non conſonam, Auguſtinus Chriſtiane reuellerit.

Eraſmus

viij. Diuus quoque Ambroſius ius tribuit viro ducendi alteram vxorem, vbi priorem ob culpam admiſſam repudiarit.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Non hic quærimus, quid is vel alter de diuortio ſcripſerit, ſed quid deus præceperit, & in ſcripturis ſuis agendum reliquerit. Dicit tamen Magſter Sententiarum in quarto, diſtinctione trigeſima quinta, hoc a falſarijs inditum libris Ambroſianis. Non enim veriſimile eſt tantum virum adeo hallucinatum, vt Apoſtolo quem iam exponendum ſub manibus habebat, contrarium ſcripſerit. Claris enim verbis Apoſtolus domini autoritate præcepit, viro non dimittere vxorem. Et vir, inquit, non dimittat vxorem. Quomodo itaque credi poteſt, Ambroſium contra domini & Pauli præceptum permiſiſſe viro non ſolum dimittere vxorem, ſed etiam aliam ducere?

Eraſ

Eraſmus

¶An igitur æquum videtur, vt maritus cum vxore flagitijs operta quibus neque cauſam dedit, nec mederi poſſit, cogatur viuere, cum qua viuere, non ſit viuere? Aut ſi diuertat, compellatur omnem ætatem orbus, deſtitutus ac velut euiratus degere?

¶reſpon. Iohan. Dieten.

¶Aequum indubie eſt, quod deus ita fieri iuſſit, & ſi durum, corde duris imperfectisq; videatur. Vnde & Apoſtoli audito quod non liceret viro dimittere vxorem niſi ob fornicationem, eaque dimiſſa non debere alteri copulari, ſtatim ſubintulerunt. Si ſic eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nubere, melius æſtimantes celibem ducere vitam, quam cohabitare vxori flagitijs opertæ. Nec tamen vir cum tali viuere cogitur, q̄a poteſt eam ſecundum Euangeliū, ſua ſponte, dimittere. Quod ſi dimiſerit, non compellitur omnem ętatem velut euiratus, viuere, quia poteſt illi caſtigatæ reconciliari, id quod & tenetur, ſi non vult, quod tamen poteſt, continere. Hanc enim ob cauſam, Apoſtolus ait: Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat. Si ergo continere noluerit, non cogitur dimittere, quia non præcipitur ſed permittitur diuortium, poteſt ſicut & debet, eam caſtigatā ſibi reconciliare, vt & ſuo & vxoris periculo conſulat dicente Apoſtolo. Propter fornicationem autem vnuſqſq; vxorem ſuam habeat.

Eraſmus

¶Sit æquum ei qui diuortio cauſam dedit, adimi ius iterandi coniugij, cur is plectitur, qui nihil commeritus niſi q̄d parum infeliciter duxit vxorem? Aut quis vnquam audiuit fortunam puniri, ſi abſit culpa, præſertim lege diuina? Quid eſt hoc aliud, quam afflicto afflictionem addere, cui ſubuentum oportuit?

¶reſpon. Iohan. Dieten.

¶Is qui nihil eſt commeritus non plectitur neque punitur lege.

lege diuina ſed ſuo iuri relinquitur, vt videlicet ſpontaneus, vel abijciat, vel caſtigatam reconciliatus teneat, nec enim abijcere debet, aut abiectæ non reconciliari qui continere nolit. Quod ſi ſecus agat, ſua culpa vel tāto committit ſe periculo, vel prorſus perit. Neque additur afflicto afflictio, cū non pcipiatur ſed indulgeatur abiectio, nec arcetur a coniugio, cui via reconciliationis cum vxore conceditur, ſed ab adulterio lege diuina prohibetur.

Eraſmus

Si facit adulteram qui ſine legitima cauſa repudiat vxorem, & non facit adulteram qui vetat inire matrimonium, cū eo ſit habitu corporis, vt caſtitas non ſit exigenda.

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Facit omnino adulteram, teſte Chriſto, qui ſine cauſa legitima repudiat vxorem. Non facit autem adulteram qui diuortio dimiſſam vetat inire aliud matrimonium. Nam aliud inire matrimonium reliquo adhuc ſuperſtite coniuge, diuina lege prohibitum eſt, Quod ſi caſtitas non ſit exigenda abſolute, exigenda tamen eſt tali videlicet ſolo diuortio ſeparata quod deus aut exactam velit, aut ſuo viro reconciliari.

Eraſmus

Quod ſi res palam pugnat cum æquitate naturali, videndū eſt an ſecus interpretanda ſint quæ ſuper hac re leguntur in Euangelicis & Apoſtolicis literis.

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Adeo non probatum eſt cum æquitate naturali pugnare, vt etiam oſtenſum ſit cum lege naturæ maxime conuenire. Id quod Chriſtus in euangelio clare teſtatur. Et ideo non ſecus quam dictum eſt interpretāda ſunt, quæ ſuper hac re leguntur in Euangelicis & Apoſtolicis literis.

Eraſmus.

Si nuſquam ſua placita mutauit vel Eccleſia vel Roman⁹ Pontifex, non poſtulo vt hic quicquam demutet. Si comperitur idem alias feciſſe &c. cur idem hic vereamur facere, cum hac via tot hominum ſaluti liceat conſulere?

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Quid hic Eccleſiaſtica vel Pontificia obtrudūtur placita? Num

Num de Eccleſiaſticis & Pontificiis placitis, & non potius de diuortii lege, diuina autoritate ſtatuta agimus? Comperiuntur ſiquidem, id quod ingenue fateor, Eccleſiaſtica vel Pontificia, tanquã humana ſæpiuſcule demutata placita ob temporis negociorumq; variationem: At iuſſa diuina oportet inconuulſa permaneãt. Et ideo hic idẽ facere veremur. Quia deus hanc diuortii legem immutatam voluit. Dicente domino, Quod deus coniũxit, homo non ſeparet. Et Paulus Præcipio non ego ſed domin⁹, vxorem a viro non diſcedere quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat, haud dubium ſecus quã dominus permiſit. Qui ait, Quicunque dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, adulterium committit &c. Non licet ergo hac via nuptiarum ſcilicet aliarum conceſſione, hominum diuortio ſeparatorum ſaluti conſulere.

Eraſmus.

xiiii. ¶ Iam vt demus coniugium eſſe legis diuinæ, cæteraque quæ circa Matrimoniorum cauſas tractantur ad ius poſitiuum pertinet, veluti de gradibus, de impedimentis, de reſciſſionibus.

¶ reſponſio Iohan. Dietenb.

¶ Coniugium eſſe diuinæ legis, ſcriptura plane teſtatur Geneſis primo & ſecundo. Matthæi. xix. Marci. x. Quod ſi pleraq; non tamen omnia) quæ de gradibus, impedimentis, & reſciſſionibus tractãtur ad ius ſolum poſitiuum, ſed plurima & maxime diuortii reſciſſio ad diuinum pertinent, teſte tam lege quam euangelio. Leuit. xviii. Matth. v. Cor. xvii.

Eraſmus

xv. ¶ Neq; hæc decreta a Synodis celebribus profecta ſunt ad nos, ſed a priuatis Pontificum reſponſis.

¶ reſponſio Iohan. Dietenb.

Iſtud ſi verũ ſit, quantũ ad diuortiũ pertinet, pius videat lector apud Venerãdũ Canoniſtã. xxxii. q. vii. Placuit, Vbi ex Concilio Miliuitano ſic legitur. Placuit &c. vt ſupra inductum eſt, in cor, modicũ ante finem deciſionis. Et ibidẽ ex Concilio Elibertano cap. fidelis. Fidelis fœmina q̃ adulterũ

e mari-

maritum reliquerit fidelem, & alterum maritum duxit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem quam is quem reliquerit, de ſeculo exierit &c. Legat quoque Ca. Si qua mulier de diuortio, ex concilio Vvormacienſi &c.

Eraſmus

xvi. Atque hæc conſtitutio de qua nunc agimus primum opinor, ab vno aut altero Epiſcopo profecta eſt.

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Hanc conſtitutionem de manendis innuptis ſeparatis diuortio coniugibus, probamus non ab vno aut altero Epiſcopo, imo a nullo prorſus homine, ſed a deo ipſo ſaluatore noſtro primum profectam, ad cuius inſtituta, ſe tam Synodi celebres quam priuati pontifices remittunt, vt patet ex dictis.

Eraſmus

xvii. Nec mirum eſt veteres illos tam iniquos fuiſſe diuortio, quod & apud Ethnicos ſemper fuit odioſum

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Iniqui fuiſſe diuortio non recte dicuntur, qui de diuortio non ſecus quam deus habere voluit & præcepit, ſcripſerunt atque docuerunt. Neque religioſe comparantur Ethnicis Orthodoxi patres tum vita, tum eruditione clariſs. qui in diuortij negotio a diuinis, nec ad vnguem, quod aiunt, latum diſceſſere ſcripturis.

Eraſmus.

xviii. Hæc eo produximus, ne quis ſtatim velut abſurdam reijciat diſputationem, de mutandis diuortij legibus.

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Vere abſurde diſputatur, quod humana præſumptione de diuinis immutabilibus diuortij legibus, quaſi humanum quoddam commentũ, variandũ conuellẽdumq́ꝫ producitur.

Eraſmus

xix. Iam ſi placet excutiamus diuinorum voluminum locos, vnde videmur in hanc legem recipiendam compulſi.

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Placet vt excutiamus, ſed non iuxta cuiuſque, ſed quem ſanctus flagitat ſpiritus ſenſum.

Eraſmus.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud Matthæum capite
quinto, tradens cæleſtem ſuam philoſophiam, loqtur ad hũc
modum. Dictum eſt autem: Quicunque dimiſerit vxorem
ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari, & qui
dimiſſam duxerit adulterat. Verum cum in eodem loco com
plura doceat, quæ pure germaneque Chriſtianis digna ſunt,
cur in cæteris omnibus recipimus interpretationem, in vno
diuortio tam rigidi ſumus, vt magis etiam conſtringamꝰ ver
ba Chriſti?

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Quod in aliȷs recipimus interpretationem, non aliunde
quam ex factis Chriſti recipimus. Quod autem in vno hoc
diuortio rigidi ſumus, ex ipſius Chriſti præcepto facimus
ita diffinientis.

Eraſmus

xxi. Etenim cum ille reliquerit marito vnam cauſam repu
diandæ coniugis, nos eam multis modis aſtringimus.

reſpon. Iohannis Dieten.

Non aliter eam aſtringimus, quam Chriſtus aſtringen-
dam voluit, & nobis p̃ Eccleſiã ſuam Catholicam expreſſit.

Eraſmus

xxii. Diuortium interim adpello verum, & quale ſolum illa
nouit ætas, a quo licebat a repudio prioris alteram ducere.

¶reſponſio Iohan. Deitenb.

Diuortium non quale ſolum illa, ſed longe magis quod
noſtra nouit ætas verum cenſemus, quod nullatenus alteram
admittit, & ſi tale quid non lege repudiȷ, ſed permiſſione plu
ralitatis vxorum tunc currente, nunc vero penitus ſublata,
priori illi indulgeretur ætati.

Eraſmus.

xxiii. Nam quod nos interpretamur diuortium cum diri
mitur domeſtica conſuetudo manente coniugȷ vinculo, quis
vnquam veterum vel Theologorum, vel iure conſultorum
appellauit diuortium?

Reſponſio Iohan. Dietenb.

Non nos diuortium ſic interpretamur, ſed ipſa diuina,
e ŋ q̃d oſten-

quod oſtendimus ſcriptura. Sic quoque pius lector apud Auguſtinum, Hieronymum, Origenem, Chryſoſtomum, reliq́ſque ferme omnes chriſtiane de diuortio ſcribentes interprętatum reperiet. Quod ſi plæriq; antiquorꝫ hac nomenclatura vſi non ſint, dumtamen rem ipſam voluerint quid de nomine opus eſt digladiare?

Eraſmus.

xxiiij. Hac igitur vna in parte tā mordicus tenemus ſummū (quod aiūt) ius, in cęteris quāuis recipiētes interp̄tationē.

Reſpon. Ioha Dieten.

Hac vna in parte ideo tam ſummum mordicus tenemus ius, q̄d nobis in ea, non ī alijs diuinit⁹ ita p̄ſcriptū cognoſcimus.

Eraſmus.

xxv. Quod ſi ob infirmos quos in tanto numero plurimos habet eccleſia, nemo vetatur legibus ius ſuum perſequi, nemo vetatur vim a capite repellere &c. cur vnū hoc de diuortio promiſcue exigimus ob omnibus?

¶reſpon. Iohan. Dieten.

Ob infirmos quos habet eccleſia, nemo vetatur legibus ius ſuum proſequi, ſed citra diuinæ legis iacturā, & quod pro iure p̄ſumitur diuinit⁹ non prohibeatur. Omnes autē diuortio ſeparati, ne alij nubant iam diuina lege prohibentur, citra que diuinæ legis iacturam nubere nequeūt, & ideo hoc vnū de diuortio ab omnibus exigimus, quia vniuerſaliter ab omnibus exigendum præſcribit deus.

Eraſmus

xxvi. Si ob duritiam cordis permiſſum eſt Iudæis ob quālibet cauſam vxorem abijcere, ne quid grauius admitterent, & videmus inter Chriſtianos præter aſſiduas coniugatorꝫ rixas, grauiora diſcrimina, nimiꝫ cędes, veneficia, incantamenta, cur cum idem ſit morb⁹, non idem admouetur remediū?

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Non ob quamlibet cauſam permiſſum erat Iudæis vxorē abijcere, licet hoc falſo cauillarentur perfidi Phariſæi, vnam duntaxat expreſſit lex, nimirum fœditatem, quam Chriſtus fornicationem interpretatus eſt. Habet autem is morbus

idem.

idem, ſed non prorſus modo eodem hodie, quod olim remedium, vxoris videlicet abiectionem per diuortium, quo longe Euangelium tollerabilius huic morbo, quã olim lex per repudium, medetur. Admittit enim reconciliationem vxoriſque regreſſum, quod repudium neſciebat. Et ideo talis ab iectio diuortium apud nos non repudium appellatur. Porro reliqua diſcrimina lex Chriſti, quę ampliorem charitatem ex poſtulat, cæteras etiam vniuerſas & innumerabiles, vt Auguſtinus ait, moleſtias, ſi quæ extiterint, iubet pro fide coniu gali & pro caſtitate fortiter ſuſtinere.

Eraſmus

xxviij. Non probat Paulus Digamiam & tamen ob incon tinentiam permittit, quod non audet exigere, ſatius eſſe iudicans nubere quam vri. Et nos de rigore diuortij nihil omnino laxamus?

Reſponſio Iohan. Deitenb

Digamiam Paulus non aliter quam altero coniuge primum mortuo permittit, quia diuina lege ſic non prohibitam videt. Nam cum alter ſit per mortem ab alterius lege ſolut⁹ poteſt talis ob incontinẽtiam, cui vult in domino nubere. Satius enim illi eſt nubere quam vri. At de diuortij rigore omnino nihil laxamus, quia laxare quippiam prohibuit deus.

Eraſmus.

xxix. Iudæi, quod Moſes ſcripſerat de libello repudij ſic interp̃tabãtur quaſi maritis ius eẽt quãlibet leui de cauſa reij cere coniugem, puta ſi quid fœditatis in corpore offenderẽt &c. Id Chriſtus ad vnam aſtringit adulterij cauſam. Ergo Chriſtus ſuis vnam duntaxat cauſam indulget diuortij, Iudæis non adimit quod indulſit Moſes ob ingenij duritiã, negãs ab initio fuiſſe ſic &c.

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Iudæi licet ſic, vt ait, interpretarentur, tamen erronee in terpretabantur, ideoq́ a domino corripiebantur, & ad veræ ſcripturæ ſenſum reducebantur. Declarauit enim Chriſtus quod iure repudij liceret quidem vxorem abijcere, ſed non aliam ducere. Quod autem aliam poterant accipere non ſic

 bat hoc.

bat hoc lege repudij, ſed, vt dictũ, conceſſione pluralitatis vxorꝝ tũc currente. Indulſit ergo Chriſtus ſuis, ſicut & Moſes ſuis vnam diuortij cauſam, at neuter ad alias licẽciauit nuptias, id quod maxime probandum erat.

Eraſmus.

xxix ¶Chriſtus reuocans ſuos ad priſtinam innocentiam, non vult diuortium, quia non vult duros, & tamen Paulus indulget humanæ fragilitati, relaxans ſæpenumero domini pceptum. Cur non idem faciat Romanus Pontifex?

¶reſponſio Iohan. Dietenb.

¶Diuortium non vult Chriſtus quaſi præceptum, vult tamen propter corde duros & imperfectos, tanquam permiſſum. Et vbi Paulus ſæpenumero domini quod iniuriatũ voluit præceptum relaxet, non probat Eraſmus, ſed nec facile puto oſtendet, quod Paulus non ad deſtructionem ſed ad ædificationem miſſus ſit. Similem ob cauſam nec Romanum arbitror decere Pontificem.

1.Cor.5.

Eraſmus

xxx. ¶Porro quod obijcitur ex eodem loco: Quod deus coniunxit, homo non ſeparet. Non magno negotio ſolui poteſt. Hoc deus coniungit quod rite coniungitur, hoc deus dirimit quod rite dirimitur.

¶reſponſio Iohan. Dietenb.

Chriſtus diuina concludens autoritate: Quod deus coniũxit homo non ſeparet, non ſolum magno negotio ſolui non poteſt, ſed nullo prorſus negotio ſolui poterit a quoqam, ſed ſtabit verbum hoc in æternum. Cælum & terra tranſibunt, verba aũt iſta non trãſibunt. Non ergo pſumat humana ſuperbia temerare, quod nulla poteſt iuſta ratione variare. Ob hoc ſiquidem Paulus obſecrat non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuique ſicut diuiſit deus, menſuram fidei. Nam q ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria. Ad id quod ſubditur, hoc deus coniungit quod rite coniũgitur. Reſpondeo, poti⁹ dicendum erat Hoc rite coniungitur quod deus coniungit. Hoc rite dirimitur quod deus dirimit. Coniũctionẽ eñ & redẽptionẽ legitimã

Rom.12.

Prou.25.

deus

deus ſua facit autoritate, non homo, qui nec poteſt rite coniũgere vel dirimere quod deus rite non coniungit aut dirimit. Ratio nanque ritę coniũnctionis & diremptionis, non ex humana traditione, ſed ex diuina lege primo deſumitur, ſiue vocetenus expreſſa, ſiue per eccleſiam declarata.

Eraſmus

xxxi. ¶ Apud Ethnicos non erat ratũ Matrimoniũ niſi parẽtum aut tutorꝝ autoritate comprobatũ, ne apud Iudęos quidẽ, & tñ apud vtroſq; aliq̃ modo dirimi poterat matrimoniũ.

¶reſpon. Iohan. Dieten.

¶ Hactenus neſciui legem Matrimonialem Chriſtianis oportere non ex iure diuino, ſed Ethnicorum Iudęorumque moribus præſcribi, quod ſi ita ſit, certe non conſtabit inter Chriſtifideles matrimonium, niſi Ethnicorum Iudæorumq; ſtatutis fuerit comprobatum. At aliter nos edocet deus dicens, Audite me, qui ſequimini quod iuſtum eſt. Et pater de filio. Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Micheas quoque. Audite quæ dominus loquitur &c. Porro, de rato matrimonio diuina ſcriptura nihil nobis aliud quam perſonarum cohærentum legitimitatẽ, conſenſum liberum & in vna carne cohæſionem præſcribit. Nullibi, ſoli parentũ aut tutorum conſenſioni, ratificationem tribuens, quaſi ratum, quantum ad ſubſtantiam, non ſit matrimonium, ſi non interceſſerit conſenſus illorum. Nec diffiteor parentes aut tutores requirendos, imo nullatenus prætermittẽdos ſuadeo, non quaſi ſi non fiat propterea matrimoniũ ratum ſubſtantialiter eẽ non poſſit, dependet enim talis contractus ſubſtantia, maxime a libertate conſenſus, ad quem autoritas parentum & tutorum nihil facit, qui non tam pro teſtificando apud eccleſiã honeſtãdoque matrimonio, quam reliquis cautelis huic contractui neceſſarijs prouidendis, adhibetur. At pro ſubſtantificando Matrimonio nihil.

Eſai. 51. Math. 3. Miche. 6. Gene. 2. & 24. leuit. 18.

Eraſmus.

xxxii. ¶ Nã q̃ nos de conſenſu & verbis d' p̃ſenti, de rato & non rato differim⁹, hũanę ſunt ĩterp̃tationes non oracula dei.

Reſpon-

Reſpon.Iohan.Dieten.

¶Non ſunt mere interprætationes humanæ quæ etiam ex oraculis dei deſumuntur. Eſt eñ dei oraculum. Quod de⁹ coniũxit, homo non ſeparet. At quo modo coniuges coniũgit deus, niſi per p̃ſentem conſenſum? Eo ipſo igitur quo ſcriptura dicit deũ coniungere, conſenſum eſſe neceſſarium ſub indicat. At quo modo melius dep̃henditur conſenſus præſentaneus quã p verba de p̃ſenti? Præſentiſſimũ eñ animũ hæc indicant. Ex eodem itaq; oraculo dicimus verba de præſenti neceſſaria. Porro q̃a ratũ eſſe matrimoniũ nihil eſt aliud, quã ip̃m p conſenſum verb̃ expreſſum, de præſenti eẽ contractũ conſequẽs erit & hoc tertium in dei oraculo fundatum.

Eraſmus.

xxxiij. ¶Fateor abſq; mutuo conſenſu non coire matrimonium, ſed conſenſum requiro ſobrium, non p inſidias aut temulentiam extortum conſenſum ex amicoꝝ conſilio ſic adhibitum, vt par eſt in re quæ reſcindi nunquam poſſit, &c.

¶reſpon.Iohan.Dieten.

Non magnopere curandum quid Eraſmus, ſed quid deus req̃rit. Is aũt conſenſum req̃rit liberũ, non ſobriũ, ſi ſobrium dicas eũ ſolũ q nulla occaſione captetur aut extorq̃atur, & ex parẽtũ amicoꝝq; conſilio adhibeatur. Nã huiuſmodi & reliqua, de q̃bus obiectio procedit, licet arguãt contractũ mi n⁹ decentẽ & p̃iculoſum, non tamẽ prorſ⁹ inualidũ. Hic apd patres orthodoxos vetutiſſimos non ſemel legimus, taliter inita matrimonia non legitima, id q̃d procul dubio veꝝ nemo diffitetur quãtũ ad honeſtatẽ, ſecus quãtũ ad ſubſtantiã.

Eraſmus

xxxiiij. Ceteꝝ vbi cognitis cauſis, Epiſcopi aut alij legitimi iudices dirimunt huiuſmodi matrimonium, non hoc ſepa rat homo, quod deus coniũxit, ſed quod male conglutinauit pueritia, q̃d vitium, quod temeritas, quod inſcitia, q̃d male p lenas & lenones ſuos diaconos coniunxerat diabolus, hæc per ſuos miniſtros recte dirimit deus.

Reſpon.Iohannis Dietenb.

Si quos diabolus p ſuos diaconos male coniungit, deus p ſuos

ſuos miniſtros recte dirimit. Quid igitur conſectarium putas? Quid inde colligis. An matrimonia quamlibet ob cauſam infelicia facta, per diabolum eſſe coniuncta, ideoque per dei miniſtros mox incuntancter diſſoluenda. Aptum inferres plane conſequium, ſi Chriſti (cuius præſcriptis viuimus) non rapugnaret euangelio. At ingenue fateor matrimonia per non nubilem pueritiam, per vinum rationem prorſus abſorbens, perque quoduis impediens ac dirimens contracta, recte adeo poſſe per eccleſiam aut eius primores tanquam ſuos legitimos miniſtros, dirimi.

Eraſmus

xxxv. At qui diuortium, inquiunt, approbat eccleſia ſed hactenus, vt vterque maneat innnptus.

Reſponſio. Iohannis Dietenb.

Recte ſic approbat eccleſia. Nam ſic approbandum ex diuina ſcriptura per ſpiritum ſanctum eſt edocta.

Eraſmus

xxxvi Obſecro te an de hoc diuortio ſenſit Chriſtus?

Reſpon. Iohan. Deiten.

Senſit vtique de hoc diuortio Chriſtus.

Eraſmus.

xxxvii A Iudæis interrogatur, Iudæis reſpondet.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Non ſolum tunc, quando a Iudæis interrogatur ſed antea dudum etiam non intrrrogatus diſcipulis reſpondet & diuortij legem eccleſiæ præſcribit Matthæi quinto capitulo.

Eraſmus

xxxviij. At illi nullum aliud nouerunt diuortium, niſi quod adimeret ius repetendi dimiſſam & daret ius ducendi alteram.

Reſpon. Iohanis. Dieten.

Quid tum? Scriptura tamen ipſa diuina aliud nouit quod ſolum proprie verum eſt diuortium, nullatenus admittens ius ſeu licentiam ducendi alteram, id quod ſatis ex ſcripturis probauimus.

Eraſmus

xxxix ¶Siquidem licuiſſe Iudæis etiam mulieribus a Repudio alteri nubere, vel illud eſt argumento quod ſacerdos prohibetur repudiatam ducere &c.

Reſpon. Iohan. Deiten.

¶Sed non omne q̃d tūc Iudæis licuit, hodie licet Chrīanis.

Eraſmus

xl. ¶Quod ſi Chriſtus de vero diuortio locutus eſt, Vnde nobis hoc nouum diuortij genus, quod nomine verius quam re diuortium eſt?

¶reſpon. Iohan. Dieten.

De vero diuortio Chriſtus vtiq; locutus eſt, nec de alio quam de hoc ipſo quod nos eccleſiaſticum diuortium appellamus, id quod non nomine ſolum ſed re vera diuortium eſſe iam ſupra ſatis probatum opinor.

Eraſmus

xli Sed fingamus de hoc diuortio ſenſiſſe Chriſtum

¶reſponſio Iohan. Dietenb.

Non opus aſt fingere, quia re vera de hoc diuortio Chriſtus ſenſit.

Eraſmus.

xlij. Cum Chriſtus vnicam dūtaxat Repudij cauſam īdulſerit, cur Auguſtinus addit Idolatriam & hæreſim nec alio titulo quam quod hoc ſit q̃dam fornicatio. Atq; ad eam rationem videtur omne facinus capitale, quod animam alienat a deo fornicatio quædam dici poſſe.

¶reſponſio Iohan. Dietenb.

Recte, iuſtoq; titulo Auguſtinus addit Idolatriam & hæreſim ſicut & Paulus infidelitatem, nec oportet ſtatim ad eandem rationem omne capitale facinus pertineat, quia & ſi charitatem (qua fit anima deo iunctiſſima) auferendo, animam ali-
1.Ioh.4. enet a deo. Non tamen primam ad deum quæ per fidem eſt coniunctionem tollit, quemadmodum Idolatria hæreſiſque ſi
Oſee.2. dei contraria. Propter hãc itaque cauſam non adeo proprie quodlibet capitale facinus dici poteſt fornicatio ſicut hæreſis & Idolatria.

Eraſmus.

Cur

xliii Cur noſtræ leges tot caſus adiecerunt pene innumeros in quibus recipitur diuortium?

Reſpon. Iohannis Dietenb.

Vellem produxiſſet Eraſ. vbi noſtræ leges pene innumeros adiecerint caſus in quibus diuortium recipitur. Ego non plures tribus aut quatuor in noſtris legibus depræhendi, vt eſt videre ſub titulo de diuort. & de Conuer. Con. & xxxiii q. Dixit dominus xxvii quæſt. ij. cap. Agatoſo xxviij. quæſt. i. Idolatria xxxij. q. vii ca. Omnes & cæt. Compræhenſos tamen in domini ſermone ſi eccleſiæ ſic, vt par eſt, interpræ-tanti credimus.

Eraſmus

xliiii Hieronymus etiam ob adulterij ſuſpicionem pronunciat libere reijci vxorem.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Hoc facit, teſte Gloſatore Canonũ, non qđ ſuſpicio fornicationis ſit cauſa dimittẽdi ſed modꝰ probãdi cãm dimittẽdi. Proin pro eadem reputatur fornicatio & fornicationis ſuſpicio. Nam probata ſuſpicione, probata eſt fornicatio ii. q. i. Si peccauerit xxxii q. ca: Dixit dominus.

Eraſmus.

xlv Si quid licet imutare in præceptis Chriſti cur non conſulitur ſaluti male cohærentium.

Reſpon. Iohan. Deiten.

Non licet immutare in præceptis Chriſti quę voluit inuariata manere. Conſultum quoque volumus ſaluti male cohærentium, ſed citra diuinorum præceptorum iniuriam.

Eraſmus

xlvi Si nihil licet, cur auſi ſunt ex vna cauſa tam multas facere?

Reſponſio. Iohannis Dietenb.

Non ideo multas ex vnica reddidere, ſed qđ vnica compræhenditur, inſtigante ſpiritu ſancto explicatius tradidere.

Eraſmus

xlvii Pontificiæ leges concedunt iterare Coniugium, altero coniugum ad Chriſtum conuerſo ſi altera nolit ab impleta-

impietate, blaſphemiaq; reſipiſcere. Chriſtus fornicationem excepit, hunc caſum non excepit. Et hic audemus concedere quod illic non audemus.

Reſponſio Iohan. Dietenb.

¶Concedunt quidem iſtud pontificiæ leges, ſed autoritate S. Pauli, imo Chriſti in Apoſtolo loquentis. Propter q̄d Chriſtū non excepiſſe hunc caſum nullaten⁹ admitto. Nec en̄i minus excipit q ait, Si infidelis diſcedit, diſcedat. Proin apud Eraſ. frigiditas & error producuntur q̄ quand oq; dirimunt matrimonium, id q̄d plane concedo. Sed ob id diuortij cauſas eē minime probatur. Excutiuntur quoq; cauſæ q̄bus adducti veteres non concedunt iterare coniugium, quæ ſi ſufficiant vel ne, aliorum eſto iudicium. Pio lectori ſufficiat, Chriſtum præcepiſſe, poſt diuortium vtrumque manere innuptum, vt dictum eſt.

1.Cor.13.
1.Cor.7.

Eraſmus.

xlviij. Dein cum nec Chriſtus nec Paulus continentiam exigat, ab alijs qui continere non poſſunt, cur mali dicātur q continere nequeūt, nec ſe continentiæ voto adſtrinxerunt? Corporis hoc vitium eſt non animi.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Imo tam Chriſtus quā Paulus continentiam a diuortiatis adeo exigūt, vt etiā ꝑpetuæ continentiæ ſubijciāt, niſi ſibi reconcilientur. Et ideo non iuſte mali dicuntur, qui contra Chriſti præceptum non continent, cum ſe voto continentię adſtrinxerunt. An non ſe voto maritalis aſtrinxit continētiæ qui ſe vni tm̄ deſpondet? Eſſe vero q continere non poſſint, Apoſtolo contrariari credo, qui ait: Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Incontinentiam autem eſſe corporis vicium non aī, nequaquā ſcripturę conſonat q̄ habet. Non ē digna ponderatio continētis aīę. Scim⁹ aūt contraria circa idē verſari. Et itē. Poſt concupiſcētias tuas non eas. Poteſt itaq; homo poſt ſuas concupiſcentias ire & incontinenter viuere, ſi velit, aut non ire ſi nolit, & continēs manere. Poteſt ergo cuius appetitus ſubter ſe eſt, in continentiam vincere. Sed vnde niſi ex animæ rationalis virtute? Ex ea itaque tam con

1.Cor.7.
Eccl.26.
Eccle.18.
Gen.4.

tinentiam

tinentia corporis pendet quam incontinentia. Et tamen Philoſophis cognitum eſt incontinentiam non animi nec corporis, ſed totius coniuncti paſſionem eſſe.

Eraſmus.

xlix. Cur pœnas dare cogitur, qui nihil admiſit?

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Non cogitur dare pœnas, cui vxoris abiectio non præcl tur, & qui abiectæ reconciliari poteſt, & q. volens hoc iudiciũ ſubit. Sicut em̃ amãti nihil difficile, ſic volẽti nihil ẽ pœnale.

Eraſmus.

l. Paulus Epiſtolæ ad Roman. vii. An ignoratis (inquit) fratres &c. Nam quæ ſub viro eſt mulier &c. vt ſupra inductum eſt. Non agit hic Paulus de diuortio &c.

¶reſpon. Iohan. Dietenb.

Hic & ſi non agat Paulus de diuortio, legem tamen matrimonialem, diuina ſancitam autoritate citat, cui velint, nolint, diuortiati ſubijciuntur, eo quod diuortiũ non ſoluit coniugale vinculum.

Eraſmus.

li. Alioqui ſi quis vrgere velit hunc Pauli ſermonem iuxta id quod verba ſonant, ne adulteram quidem fas erit dimittere, nihil enim excipit.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Si qs hũc Pauli ſermonẽ vrgeat nihil min⁹ inueniet quã fas non eſſe adulteram non dimittere, non enim hoc prohibet. At quid de adultera faciendum ſit, poſtea primæ Cor. ſeptimo tradit.

Eraſmus.

lii. Rurſus non apte citare videbitur legem Moſaicã Iudæis Paulus in hãc ſentẽtiã, cũ lex pmittat maritis, qualibet ex cauſa repudiare, modo det libellum repudij.

Reſpon. Ioha. Dieten.

Moſaicam hanc imo potius diuinã legẽ non Iudæis ſed Chriſtianis qbus & eam ſcribit Epiſtolam Paulus citat, nec inepte in hanc ſententiam qua non licet fidelibus matri-

mino iunctis, altero ſuperſtite, alteri nubere. Nam hoc a Chriſto acceperat, id quod infra in epiſtola ad Corinthios apte teſtatur. Quod enim lex non permittit maritis quolibet ex cauſa repudiare, etiam libello repudij dato, ſupra ſatis oſtendimus.

Eraſmus.

IIII Liquet igitur Paulum hic non excluſiſſe diuortium: quod ipſa lex palam indulget.

Reſpon. Iohan. Dieten.

Paulus hic verum diuortium vtique non excluſit ſed Iudaicum, quod Phariſaica traditione confictum nullibi lex palam indulget.

Eraſmus.

IIII Rurſum in epiſtolæ ad Corinthios prioris capitulo ſeptimo in conſimilem ferme modum ſcribit &c. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. &c. vt ſupra allegatum eſt. Sequitur. Nec hic quidem Paulus tractat materiam diuortij.

Reſpon Iohan. Dieten.

Et ſi Paulus his verbis non tractat materiam diuortii, tractat tamen legem indiſſolubilitatis matrimonii cui etiam diuortium, vt ſæpe diximus, ſubeſt.

Eraſmus.

Iv Paulus non videtur hic agere de grauibus flagitiis, quæ crimen adulterii vel æquent vel ſuperent etiam, ſed de leuioribus offenſis, ob quas apud Græcos potiſſimum crebra fiebant diuortia &cæt. Id colligitur ex eo quod ſequitur. Aut viro ſuo reconciliari, redeunt enim in gratiam quos offenſa aliqua humana diremit. Et reconciliatur quæ offendit, non quæ offenſa eſt. Quod ſi iure diſceſſit, cur iubet eam reconciliari quæ magis erat placanda?

Reſpon. Iohan. Dieten.

Sicut Ambroſius admonuit hic ſupplendam, quam Paulus nuſquam addit, exceptionem Euangelicam, ne videatur Apoſtolus pugnare cum præceptis domini ſui. Ita quoque ne CHRISTO pugnet Apoſtolus cum primis admonendi ſumus Apoſtolum hic non de aliis flagitiis, quam de quibus Chriſtus, cuius præceptum inducit locutus eſt, agere. Palam autem

Chri-

Chr̄s de fornicatione, q̄ adulte rij crimē adæquat locutus eſt. Nequaquam ergo de leuioribus & Græcanicis offenſis dicē das eſt egiſſe. Nec enim Græcorum decretum ſed ipſiſſimi Chriſti præceptum introduxit, dicens. Præcipio non ego ſed dominus his qui matrimonio iuncti ſunt, &c. Neq; recte ex eo quod ſequitur, Aut viro ſuo reconciliari, colligitur apoſtolum ſolum de leuioribus offenſis egiſſe. Nam reconciliatur non ſolum qui offēdit, ſed etiam qui offenſus eſt dum placatur. Vnde ſcriptura habet: Exaudiat de⁹ orationes veſtras & reconcilietur vobis. Et item, Dominus modicum irat⁹ eſt, ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis. Rurſum, In reconciliatione mea dicit dominus miſertus ſum tui. Ideo ergo iubet apoſtolus eam reconciliari ſi iure diſceſſerit, quia vult placatam in viri gratiam redire, ſi continere nolit, quemadmodum ſuperius commonſtrauimus.

Eraſmus.

Quod ſi mutuæ fuerūt offenſæ ſed mediocres, vetat ne protinus adiungat ſeſe alteri viro & reditum ad priorem ſibi intercludat, ſed maneat innupta, ſi forte detur vtrique reditus ad gratiam.

Reſponſio Iohannis Dietenb.

Nihil habet apoſtolus de mediocribus offenſis, nec pro illis torquendus eſt textus ſicut ſtatim oſtendimus. Neq; vetat protinus ſeſe alteri adiungere viro, ne reditum ſibi ad priorem intercludat. Nimirum q; textus apoſtolicus de hac re habeat nihil, quin abſolute pronuntiat innuptam manere, aut ſuo viro reconciliari, prorſus inconuulſum Chriſti præceptū relinquens; non autem Iudæorum opinionem reducens.

Eraſmus.

¶Apoſtolus hic de muliere duntaxat loquitur quod illic ſexui apud Iudæos non eſſet vllum ius repudiandi. Virum tantum hortatur, ne ob offenſas huiuſmodi vxorem abijciat. Non addit autem, q; ſi abiecerit, maneat celebs aut vxori ſuo reconcilietur. Etiam ſi Auguſtinus vult vbiq; par eſſe ius, tam vxori quam viro, quod vt fortiter ac conſtanter aſſeuerat, ita non eſt quo certum doceat.

Reſpon. Iohan. Dieten.

¶ Apoſtolum non de muliere ſolũ, ſed & de viro loq, textus manifeſte ſubindicat, q habet. Et vir vxorem non dimittat, pmiſſo quod dicitur. Præcipio non ego ſed dominus. At dominus quomodo pcipiat viro non dimittere vxorẽ & vxori non dimittere viꝝ, manifeſte nos edocet euangeliũ dicẽs. Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et q dimiſſam duxerit, mœchatur. Et ſi vxor dimiſerit viꝝ ſuum & aliĳ nupſerit, mœchatur. Ecce dominus vult par eſſe ius tam uxori quã viro fidelibus quicqd etiam huic ſexui apud Iudæos negaretur. Neque de Iudaico tractamus repudio, Nec operæpretium erat adĳcere de viro, q celebs maneret, aut vxori reconciliaretur, quia in hoc ipſo ſermone quo domini præceptum allegauit virum & vxorem ex Chriſti præcepto ad paria teneri voluit. Id quod vt fortiter ac conſtanter aſſeuerat Auguſtinus, ita eſt quo certum doceat, nimirum domini verbum & præceptum, ad quod ſeſe apoſtolus refert.

Eraſmus

lviĳ Vetuiſſe igitur videtur Paulus, ne ob vulgares offenſas vxor virum reliquerit, &c.

Reſpon. Iohannis Dietenb.

Per tranſennam videt cui hoc videtur. Non enim ob quaſlibet vulgares cauſas hoc Paulũ vetuiſſe, iam ſupra monſtrauimus, niſi forſan dicamus Paulum approbaſſe (quod abſit) Phariſaicam quæ tale quid voluit de diuortio ſeu repudio, opinionem, quam Chriſtus adeo conſtanter fortiterque reprobauit.

Eraſmus.

lix Neque enim probat Apoſtolus vt diuulſa a viro maneat innupta viro nolente.

¶ Reſpon. Iohan. Dieten.

Neque hoc oportuit quia Chriſti autoritate præcepit, quæ humanarum robore probationum non indiget, quamuis non prorſus non probatum relinquat, quod ex autoritate dominici præcepti allegat.

Eraſmus.

lx. Sed hoc mauult ſcilicet quod diuulſa a viro maneat innupta, quam iterato matrimonio nouo vetus oboleri.

Reſponſio Iohan. Deitenb

Mauult diuulſam a viro, prorſus innuptam manere, aut viro ſuo reconciliari, quam iterato nouo ſed adulterino quodam matrimonio contrauenire diuino præcepto.

Eraſmus

lxi Quod ſi Paulo propoſita fuiſſet huiuſmodi cauſa &c. fortaſſis pro cauſæ circumſtantijs aliud reſponderet Apoſtolus, & nonnihil relaxaret de rigore Conſilij ſuperioris, ſuaque ſcripta ciuilius opinor nobis interpretaretur quam nos interpretamur.

Reſpon. Iohannis Dietenb.

Si Paulo ſurgente diuortij cauſa proponeretur nullatenus crediderim Paulum ſibi non conſtiturum Palinodiamq; Steſichori more reciniturum, ſed fortiter conſtanterq; prorſus quod olim ſcripſit, non autem aliud reſponſurum, nec vnguem, quod aiunt, latum ab eo diuerſurum , immo de rigore prorſus nihil laxaturum, cum non ſuo conſilio ſed domini præcepto innuptam iuſſerit a viro diuulſam, Deniq; Paulum propter has Eraſmianas argutias opinor, ſua ſcripta nullatenus ciuilius, ſecuſque quam nos poſt Chriſtum & eius eccleſiam catholicam docemus, interpretaturum, quin magis Eraſmo quod ab olim Pilatus iudæis dicturum. Quod ſcripſi, ſcripſi. In laudem & gloriam dei ſuperbenedicti in æternum.

A M E N

¶Habes nunc clariſſime doctor primum quod promiſi. Dein quibus Eraſmus ſuam firmat ſententiam. Poſtremo ſuarum argutiarum quantulamcunque dilutionem, quæ pro tui præclariſſimi ingenij candore quandoq; conferas, vt quod vero videbitur conformius amplectaris. Quod ſi minus præſtiterim reipſa animum ſane paratum obtuli; tuæq; præſtantiæ gratificari volui, Vale Finis.

114

Errata

C 1.facie 1.linea 4.verſus finem.Cum enim,&c. lege,Cum ergo in animabus ſanctis,in dei amicis,in prophetis deniq; & patribus,&c.C 1.fa.2.lin.10. Is vere,&c.lege. Is vere ſanctum habere ſpiritum eiusq; doctrinam minime credendus ſit,&c.C 4.fa.1.li.26.diffinita,lege diffinitiue.Ibidem fa.2.li.26.interpretationes.le. interpretationibus. D 3.fa.2,li,26.impoſſibilius.l. impoſſibilibus captandis vel manū conceſſit.D 4.f.2.l.28.quoq; deſerunt, le.q̄ diſcernūt ab aqua,ſed aquam.E.2,f.2.l.12.ad vſq; raram,l.rauim.E.4.f.1.l.24.quod labe,l.q̄d falſitatis labe conſperſum,reliqua,ſua cōſpurcat contagione.Non eſt enim F 1.f.1.l.4.pponantur,l.proponantur.F 3.f.1.l.24.ſolus.l.ſtilus.H.2.f.1 li.1.ptute,l.veritate.H.3,f.2.l.12.oſtendes,l.offendes.K 1.f.2.l.31.Sicut,l. ſunt.L.4.f.2.l.22.nos,l.nouos.Q.2.f.1.l.16 piſam,l.ipſam.Q 3.f.2.l.13.patroni,l.patrem.R 1.f.1.l.6.ſufficiens,l.inſufficiens.V.2.f.1,l.21.mercedem oīm, l.omnino.X.2.fa.2.l.10.peccatu,l.peccator Y 3.f.1.l.10.pſentiſſimā,l.pſentiſſimum.Y 4.f.1.l.31.ſubinducat,l.ſubindicat.Z.1.f.1.l.20.ſordiderat,l.ſordidarat. Ibidem li,32 eos,l.eis.Z 1.f.2.l.13.Scæuæ,l.Scænæ.Z 3 f.2,l.27. ſacrificiū,l.ſacrificum.Z.4.f,2.l.33,Iezebele,l.Iezabele.a 1,f.2.l.9.filijs,l,filij. a 3.f.2.li 29.Geſſione,l.Seſſione.b 2.f.2.li.20.laterali,l.litterali.c 3.f.1.l.32.aliud eccleſiā,l.eccleſia.Ibidem li.31.litterale,l.litteralem.d 2.f.2.li.32.contra, l.contraq;.d.4.f.2.l.1.viri,l.iuri.e 1.f.1.l.7.cere tpleraq;.l.certe pleraq;.Ibid.l.34. Miliuitano,l.Mile uitano.Ibid.f 2.l.5.Vvarmacienſi,l Vvormacienſi.e 3.f.1.l.2.quo,eſt.quoq;.Ibidem li.26.coniuegm.l.coniugem.e 4.f.2.l.25.vetuſſimos,lege vetuſtiſſimos.